le voluntatis sue Cur autem tamdiu
malicia cuiuslibet ciuitatis vel regni deus
sustinuit nisi forsan quia nondum
erat eorum peruersitas consummata Ait
Augustinus in libro de vita christiana Re-
tinere nos conuenit tamdiu vnumquemque
dei sapiencia sustentari quamdiu nondum
peccatorum suorum terminum finemque reple-
uit quo consummato eum illico perimit

nec illi iam vllam veniam reseruari
Esse autem terminum peccatorum modum atque mensuram
dei ipsius testimonio declaratur Et quod
vnusquisque vel celerius vel tardius pro
ut peccatorum suorum modum expleuit euidentissime
tissime demonstratur quando de sodomo-
rum et gomorreorum interitu atque incen-
dio qui sua iam peccata repleuerant deus
loquitur ad abraham clamor Sodomo-
rum et gomorreorum impletus est et
peccata eorum magna vehementer repleta
Hec ille Amorreos vero post crematas
istas ciuitates post multos annos
constat esse deletos Vnde dixit dominus
Nondum sunt peccata consummata amorreo-
rum Ex quibus magnus timor ma-
lis in malicia prosperatis incutitur
quoniam hec est causa precipua quare susti-
nentur vt postquam completa fuerit eo-
rum malicia subito puniantur De
inde christus tangens mala que ventura
erant perfide ciuitati dicit quia ve-
nient dies in te hoc est contra te. Ibi
non quando loques de pace cum dixit
singulariter que ad pacem tibi denotans
eius breuitatem loques vero de tribu-
lacione dicit pluraliter que vsque huc
perdurant et circumdabunt te inimici tui
vallo quod per romanos principes
ad literam factum est qui tres aggeres
ad capiendam vrbem fecisse dicuntur
vel circumdabunt eam vallo hoc est ex-
ercitu admodum valli ordinato Iuxta
illud ysaie xxix. Circumdabo quasi speram in
circuitu tuo et iaciam te aggerem
et coangustabunt te vndique conclu-
dendo et prohibendo introitum et
exitum et introductionem victualium
militum et armorum iuxta illud Trenorum
primo Omnes persecutores eius apprehende-
runt eam inter angustias Et ad terram
prosternent te id est capta ciuitate
turres et loca munitoria diruerunt
secundum illud Trenorum secundo precipitauit omnia
menia eius et filios tuos qui in te
sunt scilicet aliquos occidendo aliquos
captiuando et non relinquent in te
lapidem super lapidem videlicet fundi-

tus euertendo iux^a id Michee iii. Syon
qui ager arabitur et urbem acervus
lapidum erit. Ex hoc loco accipitur quan-
tum docui. Maiore iniustitudinem
sequitur maior pena hoc ad litteram
sive hystoriam peruenit in iudeis. Unde
legitur in hystoria Scolastica. Cum illa
prior urbem funditus sit eversa pars
tamen locus calvarie qui tunc extra eam
erat et sepulcrum modo est in ea. He-
lius enim adrianus ea penitus e-
uersam reparauit mutauit quoque nomen
eius et locum vocans eam helyam
in ecclesiastica vero hystoria libro iii. capitulo
v. legitur. Refert scilicet Josephus quod
ex omni iudea populi in die solempni
pasche Jerosolimam velud exitiali
quadam manu cogente conuenerat
quos tredecies centena milia ho-
minum dicit fuisse iusto dei iudicio
tempore huius ultionis electo ut qui in diebus
pasche saluatorem suum xpm dominum
cruciferis manibus et sacrilegis vo-
cibus violauerunt ipsis diebus in
unum carcerem omnis multitudo con-
clusa feralis pene exitium quod
merebatur exciperet. Et ibidem sexto capitulo
tot et tanta de fame de tortura de in-
teriori et exteriori miseria iudeorum nar-
rantur qualia numquam fuisse aut con-
tigisse legitur. Ubi etiam narratur
de quadam nobili Maria filia he-
leazar que erat ei subiecerit paruulus
filius hunc ante oculos ferens. Infe-
licis inquit matris infelicior fili in
bello fame et direptione predonum
predonum cui te reseruabo veni quo-
o mi nate esto matri cibus predonibus
furor seculis fabula que sola deerat
cladibus iudeorum et cum hec dixisset
filium iugulat et deinde supposito
igni coxerat et medium vero seruat
obtectum. Et ecce confestim predones
irruunt ab usque carnis nidore concep-
to mortem minantur nisi sine mo-
ra cibos quos paratos senserant
demonstraret. Tunc illa equidem
partem inquit vobis optimam reser-

uaui et continuo que superfuerant me-
bra detexit infantis. At illos repente
ingens timor invasit. Ipsa vero cruci
voltu et ipsis iam predonibus truculentior
mens inquit hic filius meus est proprius
et facinus meum est edite nam et ego
prior comedi que genui nolite effi-
ci aut matre religiosiores aut femina
molliores. Hec ibi secundum Josephum. Colli-
gens autem Josephus hystoriographus
ex tribulatione magna iudeorum qualiter
pro ut legitur libro tertio ubi supra
capitulo vii. Non fuit ab initio seculi ne-
que erit ponit numerum peremptorum
vel fame vel ferro undecies centena
milia ceteros vero latrones sicarios
et predones mutuis delationibus interisse
vulneribus. Electos autem iuuenum quos
decor et proceritas corporis commendabat
ad triumphum dicit esse seruatos reli-
quos super decem annos habentes
ad opera egypti deputatos vel per
ceteras prouincias esse dispersos.
Et infra decimum septimum anni con-
stitutos per diuersas prouincias in seruitute
distractos quorum numerus usque ad nonaginta
quinta milia est perductus. Et viii capitulo
dicti libri tertii ponuntur plura signa
terribilia quibus visibiliter deus gentem
perfidam admonebat post perpe-
tratum scelus xpm dominum si forte
possent perscelere ultrices penarum flam-
mas lacrimarum ubertate restringere
ondebant enim per sua patiarum quod ip-
sorum queritur prophetarum qui ait. Nolo mor-
tem peccatoris sed ut conuertatur et vi-
uat. Et ecce quia magna et a se-
culis non audita similis pena
fuit in eos subsecuta. Causa vero
quare hec omnia mala fiunt eis
tunc vetua etiam ferunt eo inquit do-
minus tenenti puerse quod non cognouis-
ti tempus visitationis tue scilicet
aduentum filii dei in carne visita-
uit enim genus humanum dei filius sic
ipsum medicus sed medicum vemetez
ipse infirmus non cognouit. Juxta
illud Johannis primo. Mundus eum non

cognou

cognovit in propria venit et sui eum
non receperunt. Ex quo loco accipitur
istud documentum. Causa potentis-
sima dampnacionis tue hec est quod
visitacionem in carne ubi et redemp-
cionem humani generis perpendit. Nam
cum salus non sit nisi per mediatorem
dei et hominum xpm ihm constat quod in
quo non reperitur redempcionis effectus
meo non est reparibilis salus. Cor
quippe miserum rebus terrenis immer-
sum est fragile ad resistendum facile
ad surgendum futile ad persistendum in
bono agile ad delectandum in malo
et obhor et si clamat factor salvator
ad hominem peccatorem et ingratum ut re-
dempcionis fructus in eo non pereat ipse
tamen peccator ad deum moveri non curat
clamat itaque sic tu ne nisi homo quod
propter te de summis celorum ad yma de-
scendi te dure redemi te multum
pensavi dedi tibi esse et post esse per-
petuum esse vivere sentire discernere
totam mundi machinam ad tuum min-
isterium ordinavi angelos ut purgarent
et inflamarent tuum affectum ut illu-
minarent intellectum ut custodirent
in omnibus viis te totum in custodiam
deputavi nunquid parum pensare de-
bueras tales doctores tales conso-
latores et custodes in tuam tutelam
et salutem adhibitos. Ego labora-
vi ut tu quiesceres ego flevi ut tu
iubilares ego temptatus sum
ut tu temptatorem per me superares
Illudi passus sum ut honorem reci-
peres flagellis cedi volui ut consola-
cionem reportares crucifigi me permi-
si ut mortuus mundo esses in cruce
mori elegi ut in virtute aspersionis
sanguinis mei ad celestia convo-
lares lancea latus aperiri sustinui
ut mihi a mundi ira caverna te abscon-
deres corpus meum dedi in cibum
et sanguinem in potum ut in corde
tuo semper me per amorem revolveres
in celestibus locum preparavi ut post me

ubi ego sum anhelares quid ergo tibi
amplius facere debui et non feci quod
causam habuisti quod minimo magis
quam michi favere aut complacere maluisti
Attende quid tibi profuit inanis
gloria brevis mundi leticia. Ubi sunt
cum quibus habuisti consorcium qui
dicebant venite fruamur bonis et
coronemus nos rosis ubi sunt tua oblec-
tamenta nempe transierunt omnia velud
umbra nichil utique mundana suis
amatoribus profuerunt ymmo per
plurimum nocuerunt dic queso quem
fructum omnia transitoria homines miseria
suis dilectoribus contulerunt cum in hiis
omnibus erubescunt iusta ergo est tue
dampnacionis causa quod deum patris filium
hominem propter te crucifixum et mortuum
minime ponderasti et obliviscaris quia redemp-
cionis mee non invenimur effectus iu-
stum est ut te degluciat infernus

Sequitur et ingressus scilicet post enun-
ciata mala in templum cepit ei-
cere ementes et vendentes

Ubi nota quod xpus ingressus est
in templum primo ad innuendum
quod ruina populi maxime ex sacerdo-
tum culpa fuit et causa destruc-
cionis eorum. Unde Cris. Cor et sto-
machus ecclesie sacerdotes intelliguntur
si sacerdos peccaverit totus populus conver-
titur ad peccandum cum vides arborem
pallentibus foliis marcidam intelligis
quod aliquam causam habeat circa
radicem ita cum videris indisciplina-
tum populum tunc sine dubio intellige
quod eius sacerdocium non est sanum. Secundo
ingressus est in templum propter nostram
instruccionem. Unde Cris. Tu imita-
tor filius eris Christi cum ingressus fueris
aliquam civitatem ante omnem actum ad
ecclesiam curras. Tercio propter patris hono-
rificenciam. Unde Cris. proprium erat bo-
ni filii ut veniens primo curreret ad domum
patris. Eiecit autem dominus vendentes
et ementes bis primo in principio pre-
dicacionis sue sequenti pascha post

mutacion aque in vinu qua solus
Johes narrat Sc° in vltimo pascha scz
in sancto palmaz quando venit in ihrlin
ad paciendu de qua dicit hic et mt
xxi. et mr. xi. vbi informamur q eicien
di sunt de templo Symoniaci tu
multuosi negociatores ciuia placita
tene volentes excõmunicati et interdicti
In eieccione aut vendencium et emen
tium de templo arguit istud documentum
deordinacio seu indisciplinacio in
regno in prouincia in dyocesi in ciuitate
in milicia et in populo arguit sacerdo
cium non esse sanum et sompnolenciam
vel vitam irregularez presidencium
platorum hz trahitur ex dicto Crisostomi
allegato que tamen sic probatur Cum
enim pcta subditorum ipsis rectoribus
animarum imputantur et sanguis omnium
demonibus ipsorum requiritur iuxta
quod dns p Ezechielem pphãm dicit
lac comedebatis et lanis operiebamini
quod crassum fuerat occidebatis
gregem autem meum non pauistis
quod egrotum fuit non sanastis quod
confractum non consolidastis Propterea
audite pastores verbum dni Ecce ego
ipse requiram sanguinem ouium de
manibus vris presumitur q si in
ouibus est indisciplinacio quod de
fuit doctrinacio Preterea non potest
pastor vlla excusacio si lupus o
ues comedit et pastor nescit excu
dere. in consimilis Et eo ipso q pla
tus tacet consentit. xl. iii. dis. Sit
rector Igitur si duces pereunt pastoribus
principaliter imputatur nisi diligenciaz
adhibibuerint quoniam oportet vt quilibz
ipsorum possit cum paulo dicere Mu
de sunt manus mee a sanguine
omnium horum. xliii. di. Ephesis Nimis
aute eximito plebis non nunquam
epi dampnatur quoniam procliuius ca
dunt que secuntur et capite languescente
cetera corporis membra insi
ciuntur. xi. q. i. Eximito Et Jeronimus
ait Non semper princeps populi et Judex
ecclie p dei arbitrium datur subaudi

eo approbante sed pro vt nota mia de
posuit si mali sunt actus mei et o
pam maligna in conspectu dei dantur
principes secundum cor meum Et exempli
ficat de saule hinc Osee viii. dicit
fecerit sibi regem sed non ex me et sic
extra dei mali principes et duces
nec non plati consurgunt michilominus
tamen omnis disciplinacio in platos tum
quoniam duces gregis retorquetur ex hoc
ipso q est deordinacio in populo nisi con
stet de diligencia officij arguitur
platos esse desides vel indignos
In eiciendo vero vendentes et eme
tes dixit dns Scriptum est scz ysaie
lxvi. quia domus mea hoc est
meo cultui dedicata in quo ondit
illis se deum esse q templum solius
dei est domus oronis est non ra
pine vel furti aut negociacionis
vos aut negociacionis vos autem
fecistis illam speluncam latronum vbi
specialiter datur intelligi q non nunquam
templum dei ipa scz consciencia fidelium
quod debet esse deo deuotum fit
prochdolor inuidendo detrahendo
vel concupiscendo spelunca latronum
et de templo dei de quo dicit A
postolus templum dei est q estis vos
fit spelunca latronum infernalium
quia ibi demones saltant et ericij
indificant et syrenes iuxta sniam
bti Jeronimi ad eustachium xxxii. q.
v. Si paulus in fine Et erat inquit
ewangelista docens cottidie in templo.
Vbi nondum cum imminente morte non
cessauit xpus a predicacione q est con
nonnullos qui in senectute dant
se ocio et quieti dum adhuc multis
possit prodesse et est hic argumentum
quod in templo debz predicari vbum
verbum dei non in foro vel conuenticulo
conuenticulo debetur Cum eximinicio
Scriptum est enim q in aure audistis
predicate sup tecta Quare in ppo
dilecti fletum xpi ad fletum q ipsum
multiplicat offendimus moneamur
Et auctuam ira que solet venire in

filios diffidentie timeamus non nos im
punitas aut dei dissimulatio ad agendum
fortius mala commoveat sed infinita
dei pietas que tam diu nos patiente
dissilat ad penitentiam emolliat. Com
dicta quippe omnis debet esse metus
altius de pe. dis. prima. Sed et toti.
non in domo dei alii quam deo cordibus
intendamus ne quod provisum est
nobis in remedium vertatur in dampnum
perpetuum. verbo quoque dei diligenter intendamus
ut audiendo illud non tam ame cor
poris quam cordis vitam veram que deus
est agnoscamus. Ad quam nos perducat
qui super celum lacrimari dignatus est
christus per secula benedictus Amen

Duo homines ascenderunt in
templum ut orarent unus
phariseus et alter publica
nus Luce xviii. Salvator noster animarum
mar piissimus medicus retundens
superbiam in phariseo et humilitatem
commendans in publicano proponit pa
bolam ut superbia que secundum Innocen
tium de vilitate conditionis humane inter
omnia vitia semper est prima semper est
ultima declinemus humilitate vero
sine qua quasi sine fundamento struc
tura virtutum et bonorum operum subsis
tere non potest amplectamur. Illa enim in
ipsa rerum primordia erexit angelum
contra deum sed eum absque mora deiecit
ista de summis celorum ad yma in uterum
virginis deum advocavit attraxit
Illa non solum voluit angelos deo
adequare sed etiam homines sceleratos
presumpsit deificare seu per dyis colere
ista pro christi ambulans humiliter
consurgit ad eius eternitatem. Hec
enim casum nescit lapsum non novit
quia quanto magis se coram deo despi
cit tanto plus sursum ascendit
Et mirum altissimus enim est dominus et tamen
si quis se superbiendo erigit illum non
tangit si quis vero se coram deo
humiliat ad illum deus descendit. Unde
et virgo maria mater dei dum se repre
sentat deo tamquam humilem ancil

lam electa est ab eo in matrem. Unde ex
servanda est summopere in omnibus operibus
bonis humilitas ut possit haberi eterni
tas de qua dubitare si fuimus vere
humiles non debemus quia qui se humi
liat exaltabitur ut dicit finis huius evan
gelice lectionis principium vero ipsius est

Dixit ihesus ad quosdam qui in se con
fidebant tamquam iusti et aspernaba
bant ceteros. Dixit ad quosdam
scilicet singulares et se aliis preponentes
Et hii erant pharisei ab aliis in habitu
et observantiis et cultu religionis di
visi qui in se confidebant hoc est de suis
meritis tamquam iusti qui tamen erant
iniusti eo quod humilitatem non habebant
sine qua nullus est iustus. Unde mat.
iii. dicitur et est verbum christi. Sic decet
implere omnem iustitiam .i. perfectam
humilitatem secundum glossam. Et asper
nabantur ceteros non attendentes illud
ysaie. Ve qui spernis nonne sperne
ris. ¶ Ex quo loco accipitur primum
documentum. Quantumlibet homo ap
se virtuosus videatur si tamen se pre
fert ceteris ipsos aspernendo est
iniustus patet. Quia omnis talis est
superbus omnis autem superbus est in
iustus. Item cum secundum beatum Gre
gorium .xxiii. moralium sint quatuor
species superbie prima cum bonum homo
a semetipso estimat habere. Secunda si de
super datum credit suis tamen meritis
hoc accepisse putat. Tertia cum
iactat se habere quod non habet.
Quarta quando ceteris despectis singu
lariter vult videri habere. Unde
peste precipue superbie inflatus fuit
iste phariseus. Vitanda igitur est
superbia que usque ad infernum est
detrusa. Cum tamen angelos legitur
decepisse occulto dei iudicio et per
missu potest homines decipere et ut
unus contra alterum se erigit excitare
Nam enim contingit in celis potest suspi
cari venturum in terris. In celo siquidem
elatus in superbiam angelus contra
deum dixit ysaie xiiii. Super astra

exaltabo solium meum sedebo in monte
testamenti in lateribus aquilonis ascen-
dam super altitudinem nubium et similis
ero altissimo propter quod ad celestis in-
perpetuas miserias est detrusus. Hac infla-
tus superbia Absolon concitavit patrem suum
se erexit ut rex fieret. ij. Re. xv. Qui
licet fuit a principio per coniuratores partis ma-
ioris regni in magno roboratus cito tamen
interiit. Hac deceptus Jeroboam sa-
pientissimi Salomonis contra dominum
proprium se in regem decem tribuum erexit
et factus est rex israel diuisum quod est
regnum Roboam pro eo quod debito consi-
lio seniorum spreto secutus est consilium iuuenum ita
quod rex iuda duabus tribubus prefuit rex
israel decem. Dicebant enim iuuenes re-
gi Roboam a quo petebant grauamina
terrigene tolli que pater suus impo-
suerat sic eis respondeas Digitus
meus est grossior patre meo pater
meus cecidit vos flagellis ego ce-
dam vos scorpionibus. Quo audito
dixerunt que nobis pars in dauid vel
que hereditas in filio ysay Vade in
tabernacula tua israel et sic ab eo
decem partes regni recesserunt iij
Re. xij. Ne ergo homines decipiantur
de superbia vana gloria aut libidine
dominandi inquit Duo homines ascen-
derunt in templum ut orarent unus
phariseus et alter publicanus. Duo
quidem homines secundum naturam sed unus
plus proprius homo secundum suam opinionem
scilicet phariseus qui in se confidebat
ascenderunt in templum ascensu loca-
li quia templum situm erat in alto mon-
te et gradibus ascendebatur in templum
Ezechielis xl. Ut orarent ecce finis
debitus eundi ad ecclesiam ad orandum
non ad fabulandum aut se mutuo lubri-
ce contuendum. Ex quo loco accipitur
documentum finis ad quem demonstratur
templum dei esse institutum est ut homines
conueniant ad orandum. Pro isto indu-
citur illud Aug. in regula In oratorio nemo
aliquid agat nisi ad quod institutum
est unde et nomen accepit. Hec ille. Alioquin

si quid aliud preter laudem dei vel morum
honestatem seu ordinationem officij diui-
ni aut alicuius rei que dilationem non
accipit ibi agitur domus orationis constituitur
domus negociationis. Item inducitur
illud Augustinum super psalmum centesimo
xxx Qui male viuunt in ecclesia catho-
lica quantum in ipsis est domum dei facere
volunt speluncam latronum. Et hinc
est quod concilium lugdunense volens ondere
quid facere in ecclesia dei vel quo se ha-
bere debeant homines sic inquit Sit
ad ecclesias humilis et deuotus ingressus
sit conuersatio quieta deo grata inspi-
cientibus placida et quotiens nomen
ihesu fideles audierint debent reueren-
ter flectere genua saltem cordis. Nul-
lus sedicionem ibi excitet clamationem
moueat impetum ve committat. Cessent
in ecclesijs uniuersitatum et societatum
quarumlibet consilia conciones parla-
menta. Cessent vana et multo for-
tius feda colloquia. Cessent et cuncta
alia que possint turbare officium diuinum
vel diuine oculos offendere maies-
tatis ne ubi est peccatorum venia postulan-
da ibi detur peccandi occasio aut de-
prehendantur peccata committi. Cessent in
ecclesijs et earum cimiterijs negociationes
et precipue nundinarum et fori cuiuslibet
tumultus et omnis secularium iudiciorum
strepitus conquiescat. De immunitate
ecclesiarum decretalium li. vj. Intelligant igitur
rixosi intelligant amatores mun-
di et maxime duri corde quod dampnose
sunt dignum precium pro eo quod de do-
mo dei fecerunt vel faciunt equorum
stabula vel speluncas latronum dor-
mit enim dominus quasi crapulatus
a vino ut seuerius puniat in po-
steriora et faciat eos nisi conuersi
fuerint a suis prauis actionibus et
tyrannis ob probrium sempiternum. Duo-
bus itaque venientibus ad orandum
phariseus stans hec apud se orabat
stetit cum tamen genua flectere
debuit vel aliquo se coram deo
humiliter inclinare secundum illud ysaie xlix

vultu in terram dimisso adorabat. In
phot q dicit stans elacio ipsius cu
in deuota sm theophilu. Hic proch
dolor multi preciosis vestibus induti vl
alis caligati ne forsan vestes tota
menta aut ppt artitudinez aliqua
difficultatez habeant i orando vl
surgendo nolunt flectere coram deo
innitant qui tamen coram homib
humilit inflectunt non attento q xpc
procidit in faciez suam in monte
oliueti orans humilit pro pccis nos
tris Ponderandu e aut id q dicit
hic apud se orabat quia non quia
apud se orabat quia non qt apud
dm q ad se redibat p pccm superbie
sm Basiliu et sic non ve orabat sed
simulatorie quia sedm Greg veraciter
orare e i puccone amaros gemitus de
corde non tm vbo f intencone resonare
Ex quo accipit istud documetu
Oracio sine humilitate tota deo emissa
nc gemitu aut copuccone cordis fulc
cita no e deo accepta Humilitas em
ad impetrandu requiit. Unde ecclasti
ci xxxv. Oracio humiliantis se pene
trabit nubes Et cyprianus in libro
de orone Sit orantib sermo cu
disciplina quietem contines et
pudore Et aug. Quid prodest
strepitus labior si mutu e cor
Et sm Greg. Animar vba sunt
ipa desideria in quib tanto quis
mi clamat qnto mi9 desiderat
Et ideo siquis humilitatem vel reue
renciam quo ad deu i orando no
hz frustra laborat. Sunt aut multi
modi quare orantes fructu puant
1 Primo pro eo q sunt in pccis morta
libus et maxime si ea in consue
tudinem pduxint aut in eis indu
rati fuerint constituti de quibus ys
p° Cu multiplicaueritis orom no
exaudia vos Et tam subiungit
manus em vestre plene sunt sang
2 wine Scdo ppt torporem orancium
q non feruent nec deuote orant
Unde dicit Jeremie x. Orabitis et

non exaudiam vos Tercio quia in 3
oronibus non pseuerant de quo luc
xi. dicit Si pseuerauit pulsans
surgit et dabit ei Et Judith iiij.
Scitote quia exaudiet preces vras
si pmansitis i ieiuniis et oroni
bus Quarto ppt diffidenciam 4
qua hnt orantes Jacobi p° Qui
hesitauit non estimet q accipiat
aliquid a dno Et eccli xviii. Ante
orom ppara animam tuam et noli esse
quasi homo qui temptat deum
scilz si velit audire Quinto q no 5
ciuu vel indiscretu e quod petit
vt filior zebedei quib dixit xps
nescitis quid petatis Mt xx. Sex 6
to non exaudiunt homines licet
petant humilit occulto dei iudicio tm
tu orant q i tpus magis congruu
aut magis oportunu et vtile petentib
exaudicio differt. Septimo negatur 7
quod petit vt vtilius pro eo vel
melius detur pro illo sic paulo contigit
cui stimulus non est ablatus vt virt
in infirmitate eius pficeret Quare
humilitatez et reuerenciaz in orando heamus
et exaudicom a deo qntu salutez nram
respicit merebimur ipo dicente luce
xi. petite et dabit vobis querite et
inuenietis. potest aute afficii quis do
in orando viis diuersis Tu qndo malor
suor reminiscit considerans vbi fuit
Tum aut iudicior dei sniam metu
ens et secu quens cogitat vbi erit
Tum cu mala vite pntis solerter at
tendens mens considerat vbi est Tu
tu bona superne prie contemplat q
quia nc dum adipiscat lugens co
spicit vbi non e sicut est. Sic Greg
xxiii. moraliu Alij quoqz sunt modi
diuersi quib sm dei vel homines iusti
et ipm mouent Hoc nesciuit iste pha
riseus qui ait Deus gras ago tibi
q non sum sic ceteri homines rap
tores iniusti adulteri q. dicat solus
iustus sum ceteri sunt pctores et iniu
sti. Ubi respectu proximi triplex ipsius
elacio considerat Primo q se alijs p 1

tulit dn̄ ait deus gras tibi ago qꝛ
non sum sicut ceteri homines Gras
quippe d'o agē quod quis non ꝯmi-
sit aliqua pctā Quia aut quod ieiu-
net vel agat bona opa non ē rep-
hensibile sz de hijs se iactare ē supbiē
Sc̄o quia alios accusat et iudicat
dicens raptores iniusti adulteri
Tercio quia proximū qui ascendat
adorandū secū despexit dn̄ ait ve-
lut etiam hic publicanus stulta si-
quidem est orō que non ab accu-
sacōne sz a comendacōne sui ipsius hz
exordiū qꝛ iustus in pn̄cipio accusa-
tor ē sui. prouerbiorum xviij. Qui enim se ex-
cusat deus illum accusat In humano
quippe iudicio qui pctm̄ confitetur
condempnatur in diuino vero absoluitur
Unde ppheta dixi confitebor aduersum
me iniusticiam meam et tu remisisti
impietatē pcti mei Et addit ad
ꝯmendacōm suā phariseus Jeiuno
bis in sabbato id est in septimana
que apud Judeos tota denominabatur
a sabbato tamquam a digniori Sz ma-
le iste ieiunauit Nam et si abstinuit
a comestione non tamē ab elacōne
ideo ipsius ieiuniū nō placuit deo
Ait enim Augustinus sup Johem Jeiuni-
um magnū et generale ē abstinē ab
iniquitatibus et ab illicitis voluptatibus
de con. di. v. Jeiuniū Et idem in sermo-
ne de ieiunio Si corpus tuū longa
ieiunia ꝯsumpserint atqz illi subtraxe-
ris cibū cui nō subtrahis vicia ī mal
pseuerans magis horres quam places
ab deo Addit item phariseus decimas
do omnium que possideo quia pharizei et
deminute decimas dabant In quo
vtiqz condicōm habuit iste melio-
rem aliquibus xpianis qui nedum
deminute non soluunt sz eciā defraudant
si soluunt deteriora tamē eligunt et re-
linquunt et oblacio adeo minime accepta-
tur Unde legitur in Gen Respexit
dns ad abel et munera eius ad Ca-
yn aut et munera eius non respexit
Quia iste de optimis gregis ille

vero de deterioribus offerebat ¶ Ex quo
pt accipi istud documentū Decime
quas sibi deus ī signū vniūsalis
dominij reseruauit dande sunt fide-
liter atqz ꝯgrate quia p fidelē dacōm
earum datur habundancia fructuum Unde
dns Malachie. iij. dicit Reuertimini ad
me et ego reuertar ad vos dicit dominus
exercituū Et dixistis in quo reuertemur
si affliget homo deū quia vos me
affligitis et dixistis in quo ꝯfigimus
te in decimis et in primicijs vos ma-
ledicti estis in penuria et vos me
ꝯfigitis tota gens Quod tractans
btūs Jeronimus ī psona dei ait Hortor
vos et ꝯmoneo vt inferatis decimas
ī horrea hoc est ī thezauros templi
vt habeant sacerdotes et leuite cibos
et pbate me si non tantas pluui-
as effudero vt catharacte celi aperte
esse credantur Sc̄o quia dando ipius
decimas ꝯsequitur sanitatē corporum
iuxta id Augustinum Si decimas dederis
non solū habundanciam fructuum reci-
pies sz et sanitatē corporis et anime
ꝯsequeris Tercio qꝛ fit remissio peccatorum
Et quarto ꝯsecucio eternorum
premiorum In Augustinus Qui premiū
eternum aut pctorum indulgenciam de-
siderat promereri reddat decimas et
de nouē ptibus studeat dare elemosinas
Preterea qꝛ decime sunt soluende fi-
deliter probatur p auctes veteris et no-
ui testamenti Ecce namqz abraham
obtulit decimas melchisedech de
omnibus. Gen. xiiij. Jacob promisit
deo victorum decimas et leuitico xx-
vij. circa fine dicitur Omnes decime ter-
re siue de frugibus siue de pomis
arborum domini sunt Oues et boues
et capre que sub virga pastoris tran-
seunt quicquid decimū venit sanctificabitur
domino et non eligetur neqz bonum
neqz malū neqz altero ꝯmutabitur
Et nu. xviij circa finem Dedi leui
omnes decimas isrl ī possessionem
pro ministerio quo seruiunt michi ī thab-
ernaculo federis Et de vero .. xiiij.

tra mediu Decima ptem sepabis
ab omnib fructib tuis que nasce
tur in tra Et ii° palipomenon
d Obtulerut primicias frumeti
vini et olei mellisq3 om que
gignit humus decias obtulerut
Iste Thomas fidelit offerebat oia
primicia sua et decias Et i Eccli°
.xxxv. ca. pncipiu dicit In ex
ultacone scifica decimas tuas
Et malachie iii. configit me in
decimis Et hic luce .xviii. Deci
mas do om que possideo Et m
.xxiii. ve vobis scribe et phaisei
qz decimas mentam et anetum
et ciminu et relinquitis que gra
uiora sut legis miam et iudiciu
et fidem et hec opotuit face et ia
non omitte Ex quibus hii mq
caitas proch dolor refrigiut do
ceant qz saltem in frumetis deo
decimas fidelit reddat alioqui
pro decimis qputabut Conseq
ter ondit dns publicani humili
tatez dicens publicanus aut
alonge stans Ecce timor phoc
confundut qui grauib pctis o
nerati psumut irreuent astare
diuus vbi corpus et sagwis xpi
tractant nolebat nec oculos ad
celu leuare Ecce pudor quia in
dicabat se indignu pverecudia pcto
rum Et pcutiebat pectus suum
ecce qtricio dicens ppicius esto
michi pctori Ecce humilis cofessio
Quia igit longe se fuisse recog
nouit et abhor p horresce[u]3 co
ram deo huit qui nichil mali i
punitu dimittit quia videre al
titudine celi ppt pctorz fetore in
dignu se iudicauit quia ve sup
peccatis toto corde i gemuit et
am peccandi deposuit quia ve
non false aut ficte de peccatis
deo confessus fuit veniam obti
nuit Vn dicit Amen dico vobis
descendit hic scz publicanus ius
tificatus hoc e de inpio iustus fcs

p gram qua dat ds humilibus i
domu suam de domo dei ab illo
hoc est pho Et mito quia ille huit
psumptam iusticia iste veram
Ex quo accipit istud documetu
Ille cum publicano venia pctorz
qsequit qui se ppt pcta elonga
tum a deo intelligens districtu
dei iudiciu expauescit Depctis
quoqz huis nauseam de eis i ce
incipit et de pones am peccandi
firmit vltius veracit cofitetur
pz quia tlis habet timore pu
dorem dolorem qfessiom et ico
fessione inclusam ad satiffaccio
obligacom que ad veram pnia
requirut tlis equid pt cu pub
licano dice Altissime deus ego
sum ille filius pdigus qui subam
sua qsupsi cum metricib multis
sordibus pctorz multiplicat feda
tus et abhominablis fctus Nam
anima mea pfetore pctorz et hor
rore abhominablior est qm caro
leprosa Ego sum sepulcz de foris
dealbatum intus aut plenu om
spurcicia et ossibus mortuorz co
putriu cm quai inmetu insto
re meo Et ideo qz elongatu me ni
mis a te cospicio longe sto et eru
besco ac pauesco approqinquare ne
feditatis mee fetore diuina offe
dam maiestatez Pyssime deus
a longe sto et ingratitudine me
am conside maxima pro eo q
omnia dona tam spualia qm tpa
lia tam nalia qm gratuita et qd
sum quo moueor quo viuo et
quo spiro a te recipiens non red
didi gram pro gracia s offensa
Reddidi malicia pro beneficijs in
iuriam pro honore cotemptu pro g
titudine et ideo quocuqz me vto
verecundia mea coram me est et co
fusio vultus mei opperuit me
Pacietissime ds qm insipient
diuicijs bonitatis tue abvsus
longanimitez tua cotempsi bom

tas siquidem tua et i exhausta pie
tas debuit me ad penitentiam emollire
ego vero secundum duritiam cordis mei
thezaurisaui iram in die ire et re
uelacionis iusti iudicij vbi reddes
vnicuique iuxta opera sua. Vocas
ti me vt resipiscerem inuitasti vt
redirem et ego me amplius e
longaui. Nulla quippe creatura
tantas iniurias et offensas pos
set equanimiter sustinere quin se
de illis vindicaret si potestatem haberet
et oportunitatem vindicandi quantas
a me tollerasti et me actenus
ad penitentiam persuasisti. O infinite mi
sericors deus mi tibi fidem tenui renun
ciaui enim in baptismo et operibus
eius sed post baptismum ad pompas
dyaboli me conuerti et siliquis
peccatorum animam repleui. Quid igitur
faciam miser fugere omnipotentiam
non valeo et appropinquare erubesco
Vera aliud nescio nisi quod tue me
me exponam inquiens deus pro
picius esto michi peccatori. Causa vero
cur iste iustificatur descendit ab illo
subiungit inquiens quia omnis
qui se exaltat superbiendo humilia
bitur in presenti per penitentiam vel in futuro per
pena etiam quod respicit iusticiam
iuxta illud prouerbiorum xxix. Superbum
sequitur humilitas et qui se humili
at involuntarie exaltabitur in vita
eterna iuxta illud prouerbiorum xxix.
humilem spiritu recipiet gloria quam
nobis concedat per secula deus benedictus
Vel quia dies nunc est virginis ma
tris assumpcionis gloriosa digne
verbum istud qui se humiliat exaltabitur
sibi per adaptacionem excellenciam conueni
re demonstratur. Hec enim est virgo que
ab omnibus generacionibus beata et bene
dicta debet dici quia respexit eius
humilitatem deus qui fecit ei magna
qui potens est et sanctum nomen eius
Ex ipsa enim ortus est sol iusticie
xpus deus noster qui mundi tenebras
pepulit et fulgore suo nos illus
trauit. Hec est que sine contaminacione
concepit inuidiam. Decimus humilitate
quanta sit et quod varijs donis sublima
ta fuit Augustinus in sermone tercio de ei
natiuitate ostendit sic inquiens Beata hu
militas marie que porta paradysi
efficitur scala celi constituitur per quam
dominus descendit ad terras Et subdit
Ista est maria palma virginum gloria
viduarum exultacio coniugum victoria
castorum gaudium angelorum requies
animarum ianua celorum sublimitas
apostolorum laus martirum iubilacio con
fessorum continencia virginum norma prin
cipum iusticia regum salus quoque omnium
populorum etc Et ideo cunctis promissis ve
neremur virginem matrem dei vt ipsa
nos inter procellas seculi furentes as
piciat et in fluctibus huius maris quibus
vndique premimur pressuris hostibus orde
continua coadiuuet Non enim dubium
est quod que meruit pro liberandis pro
ferre precium possit liberatis nec propter
multitudinem et magnitudinem pecca
torum fides in gente nostra periclitetur
katholica. Impetrare suffragium quod secundum
Augustinum in sermone tercio de natiuitate
eiusdem virginis nullum scimus tam
potentem meritis inuenimus ad pla
candam iram eterni iudicis quam eam
que meruit fieri mater eiusdem redemp
toris et iudicis. Ipse ad illam ergo
spem nostram post deum et ad voticam
pro nobis ad celestia tractam deuo
te exoremus vt subductis hesium er
roribus et pacis turbatoribus exultantes
decursu vite brauio in celestibus
aspicientes illum quem genuit valeamus
Quod prestare digneris qui cum patre et
iustus cristus deus noster per secula
et metorum benedictus Amen
Exiens ihesus de
52 finibus Tyri venit per sydo
nem ad mare galilee. Marci
vij. Quia genus humanum propter peccatum
primi parentis ab audiendo vite verbo
obsurduit a laude quoque creatoris
obmutuit opus erat vt veniret ihesus

qui falsitate audiendi et libertatem
loquendi hominibus condonaret. Venit igitur
medicus quando per totum mundum homo
iacebat egrotus venit mediator
dei et hominum xpistus ut eos qui adeo
recesserant reduceret infirmos cura-
ret viam vite ostenderet ad audiendum
verbum dei abilitaret et linguas ne-
dum adultorum sed et infancium ad lau-
dandum deum relaxaret qui et exiens de
finibus Tyri venit per sydonem ad ma-
re galilee inter medios fines de ca-
poleos qui secundum Theophilum in gen-
tilium locis moram dominus facere noluit
ne occasionem iudeis daret ut trans-
gressorem legis eum estimarent quod
se gentibus admiscebat. Tyrus autem
de cuius migravit finibus est civitas
opulentissima de qua Ezechiel et
alii prophete multa scripserunt satis
magna in rupe durissima et in
corde maris sita undique mari circum-
data adiectum lapidis contigua terre
muro fortissimo et altissimo et ad
pedes .xxxvi. spisso munita habens
duodecim turres fortissimas super mo-
dum ubi multe reliquie sanctorum habentur
et ante portam huius civitatis ad
partem australem est locus predicacionis
ihesu xpisti ubi mulier extollens vo-
cem ad ihesum dixit beatus venter qui
te portavit ubi lapis ostenditur in quo
xpistus stetit et locus videtur ubi populus
sedit et nunquam arena maris oppri-
mitur. Sydon vero est minor civitas
et pertinet ad tyrum. Et ab istis civi-
tatibus totum confinium denomina-
de capolis autem secundum Bedam est regio
decem urbium trans iordanem ad orien-
tem contra galileam quod ergo dicitur
quod dominus venit inter medios fines de-
capoleos non ipsos fines decapo-
lis intrasse significat neque enim mare trans-
migrasse dicitur sed potius ad mare
usque venisse atque ad ipsum pervenisse
locum qui medios fines decapoleos
longe trans mare positos respiciebat
secundum Bedam. Ex quo accipitur

istud documentum. Primo quod xpistianus ca-
vere debet ne occasionem det aliis ut
dicant vel iudicent ipsum esse legis
dei transgressorem patet quia cum xpisto ac-
tio est nostra instructio secundum Augustinum xpistus
autem cito migrabit agentibus ne occasionem
iudeis ad iudicandum eum transgressorem
legis indicassent ut patuit secundum Theo-
philum a quolibet xpistiano talis occa-
sio est vitanda. Providemus enim ut
ait Apostolus ad Romanos .xii. bona non
solum coram deo sed etiam coram omnibus
hominibus et hinc venit illud Augustini. Qui se
a criminibus flagiciorum atque facinorum vita
suam custodit sibi benefacit quisque
autem et fama in aliis est misericors
nobis enim necessaria est vita nostra aliis
fama nostra .xi. q. iii. Non sunt audi-
endi. Ex quo patet quod errant illi etiam
constitutique sunt videantur qui quando repre-
henduntur de aliqua negligentia quod
venitur in mala suspicionem non cu-
rant dicentes sibi coram deo suf-
ficere conscienciam. Patet etiam quod si qui pa-
ciuntur vel permittunt malos agere dum
possint eos et debeant cohibere sunt
in culpa quia occasionem dant peccato.
Ad hoc inducitur illud Augustini in epistola
ad macedonium ubi ait plerique. Qui
aufferet amittit paciendo malos
sive ipse maleviuendo. Et canon dicit
facientis procul dubio culpam habet
qui quod potest corrigere negligit. Ite.
xxvi. di. Facientis. Scriptum est enim non
solum qui faciunt sed qui senciunt par-
ticipes iudicantur. Omnis quippe in-
nocencie contradicus odisse nephanda et
ideo latum pandit delinquentibus ad
itum qui iungit cum pravitate consen-
sum nec prodest alicui non puniri proprio
qui tamen puniendus est alieno
peccato. Quia igitur dei filius ad terram
tam ut egrotos sanaret descen-
derat qui alibi ait. Non est opus
bene habentibus medicus sed male
habentibus. Adducunt ei surdum et
mutum non a nativitate nec ex infirmi-
tate supervenientem sed a demonio ipsum

obsidente et eius auditu et loquelam
impediente et deprecabantur eum ut
manum illi imponeret virtus enim de ipso
exibat et ibat et sanabat infirmos.
Surdus autem et mutus iste significat
peccatorem mortalibus peccatis involutum
qui tunc efficitur surdus et mutus
cum dyabolus suis suggestionibus
obturat aures cordis sui nec sinit
eum audire verbum dei aut quod de deo
1 loquatur vel dicius. Cuius prima sug-
gestio suadet longam vitam pecca-
ri insinuans iuvenis es fruaris de-
licijs cum senueris penitebis. Vel sic
Adhuc letare cum seculo robur enim
quod habes non facile amittes et
si amiseris tunc penitebis qua sug-
gestione homines quam plurimi decep-
ti ad inferna sunt dum non sperabant
detrusi. Certe attendendum est ad
id beati Gregorij qui promisit peni-
tenti veniam non promisit crasti-
2 num diem viventi. Secunda suggestio
allegat peccatori misericordiam ut promit-
tendo post perpetrada peccata et accu-
mulanda ex post veniam pertrahat
ad gehennam dicit enim misericordia domini
plena est terra. Et misericordie dei mensuram
ponere non possumus quacumque enim
hora peccator ingemuerit remittetur
ei peccatum. Ideo utaris prohibito tuo
sequaris concupiscenciam nullum sit pra-
tum quod non pertranseat luxuria tua
saciare oblectamentis mundi dedu-
cas dies iuventutis in iocunditate
in fine enim vite tue de omnibus pe-
nitebis et tunc salvaberis. Sed fallit
sicut enim nullum bonum irremu-
neratum ita nec quidquam impunitum
deus dimittit. Et ubi pluria ligna
3 ibi intensior flamma. Tercia sug-
gestio dyaboli procedit timorem
ex verecundia inducendo sic inquiens
peccata tua sunt turpia et enormia
nequaquam debes ea revelare ne
malus aut mala presumaris aut
quo revelabis modo turpitudinis co-
misse cum eis de tali modo turpitu-
dinis est horridum cogitare. Sed fallit nam
cum secundum apostolum ad Corinthios scribente omnes
stabimus ante tribunal christi ut referat
unusquisque propria corporis pro ut gessit
sive bonum sive malum consultius est
pudorem coram dei sacerdote sustinere
quam cum perpetua verecundia in conspectu
omnium apparere. Quarta suggestio pro-
cedit timorem satisfactionis obiicien-
do id insinuans non poteris deo sa-
tisfacere quia graviter eum offendisti
ad tantum enim profundum malorum
venisti quod non est tibi spes de
salute. Sed fallit nam si totus mun-
dus esset igneus in cuius medio po-
neretur penna levis vel stipula non tam
cito flamma incendij incipet sicut
deus parcet quantumlibet magno pec-
catori ad se vere redeunti. Aut sic inquit
habes tantum de ablatis vel conquisitis
usuris furtis aut spolijs vel calump-
nijs si volueris restituere filij tui men-
dicabunt non ergo restituas. Sed fallit
nam non tenetur quis plus facere
quam tunc potest si enim quid remanet ha-
beat firmum propositum dum facultatem
habuerit satisfaciendi nemo quippe ad
impossibilia obligatur et impossi-
bilium non est obligatio. Regule sunt
vna canonica. Et alia civilis. Quin-
ta suggestio procedit inducendo
timorem recidivandi ad peccatum sic persua-
dens quid tibi prodeerit hodie confite-
ri cras iterabis. Sed non dicat quanto
plus peccata cumulaveris tanto dicius
primeris fallit ergo quia secundum Gre-
gorium peccatum quod per penitentiam non di-
luitur mox suo pondere trahit ad
aliud peccatum. Iste quinque suggestiones
dyaboli quibus peccator surdus et
mutus efficitur. Unde talis est per
alios ad christum adducendus et pro
eo a devotis hominibus deus exorandus
hoc enim deprecabantur isti ut manum illi
imponeret. Ex quo trahitur istud
documentum quod precibus sanctorum vel bo-
norum hominum impetratur venia peccato-
ris. Siquidem Job v. dicit. Voca

si est qui videat et ad aliquem sito
rium conuerte demus stas vo hic in via
id indicat apostolorum qui dixerunt domino
de cananea dimitte illam quia cla
mat post nos Et si quis diceret sic
dicitur heretici non esse satis pro aliquo
supplicando quia aut deus dispo
suit dare ab eterno aut non Si dare
disposuit superfluit eorum oracio
Si vero non disposuit dare frustra
orant Ad quod respondetur Nos oramus
non ut diuinam disposicionem immute
mus sed ut obtineamus quod deus dispo
suit per oraciones sanctorum esse implendum
ut scilicet homines mereantur accipere quod
eis omnipotens deus disposuit ante secula
donare ut dicit gregorius in primo dya
logorum Cuius verba ponuntur xxiii. q.
iiii. Obtinere Preterea Osee iiii. scribitur
Peccata populi sacerdotes pro populo interpellant
et peccata comedunt scilicet oracionibus suis
delent ea atque consumunt qui quanto dig
niores fuerint tanto facilius in neces
sitatibus pro quibus clamant exaudi
untur Hinc Ieronimus in leuitico Si quis
volt pontifex non tantum vocabulo esse sed
merito imitetur Moysen imitetur Aaron
Quid enim dicitur de eis quia non disce
dunt de thabernaculo domini Et ibidem
ponit tria opera moysi que faciebat
in quibus pontifex debet ipsum moyse
imitari quia debet sanctas scripturas le
gere docere populum et pro eo orare xxx
vi. dis. Si quis volt Et sic prelati p
rincipue debent esse non tantum pro se
sed etiam pro subditis oracionibus intenti
quibus tamen non sufficiet oracio
nisi assit elemosine largicio lxxxvi.
fratrem Cum igitur prelati adhuc sint
instituti ut orent constat quod oraciones
bonorum impetrant veniam peccatorum Alio
quin ipsorum institucio esset frustra In
super adhuc indicatur quod homines tam
viui quam mortui oracionibus adiuuan
tur secundum Augustinum in libro de cura
pro mortuis agenda igitur non est dubi
um quod oraciones iustorum sunt pigmenta
peccatorum Sequitur Et apprehendens eum

de turba seorsum misit digitos
suos in auriculam eius ubi innuitur
seorsum a turbulentis cogitacionibus
et actibus inordinatis sermonibus conpositis
educatur qui saluari meretur digi
ti aut qui in aures mittuntur verba vel
dona spiritus sunt Subditur deinde et
expuens tetigit linguam eius ut
secundum theophilum ondetur quod omnia men
bra sacratissimi corporis eius diuina existunt
et sancta sic et sputum quod vincula lig
we soluit etenim omne sputum sup
fluitas est sed in domino omnia diuina
fuerunt Et suspiciens in celum ingemuit
et ait effeta quod est adaperire Sus
pexit quidem secundum Bedam in celum
ut inde mutis loquelam inde au
ditum surdis inde cunctis infirmantibus
doceret esse querendam Ingemuit au
tem quia non ipsi opus erat cum gemitu a
liquid a patre petere qui cuncta pete
tibus donat cum patre sed ut nobis ge
mendi daret exemplum cum vel pro
nostris vel pro nostrorum reatibus proxi
morum superne pietatis presidia inuoca
mus Nos autem ait effeta id est i.
adaperire ad aures proprie pertinet au
res enim ad audiendum aperiende lingwa
vero ut loqui possit a reticulis erat
sue tarditatis soluenda Unde sequitur
et statim aperte sunt aures eius et
solutum est vinculum lingwe eius et lo
quebatur recte nam secundum augustinum nunquam
dominus aliquem sanauit quem non om
nino liberauit ideo non immerito iste recte
loquebatur quia opus dei imperfectum
non nouit extra de bap[tis]mo Maio
res quis autem est qui recte loquitur
dicit Beda Ille loquitur recte solus qui
deum confitendo vel aliis predicando
aperit os cuius auditum ut celesti
bus possit obsecundare mandatis
diuina gracia reserat cuius lingwa
tactu diuine sapiencie que est ipse
ad loquendum instruit et talis dicere
potest domine labia mea aperies Hec
ille Domine deus noster quot sunt qui
audent dicere domine labia mea aperi

es sz ad benedicendu et laudand
decepior ore eis ex adipe procedit
iniquitas qui loquuntur pacem cu
proximo mala aut in cordibus
ipsor Aut q'a in eadem lingua be
nedicunt do et maledicunt hominibus
no pensantes quod idem fons no
educit dulcem et amaram aqm ¶
Hec aut q ihus suspiciens in ce
lum ingemuit et ait istud docu
Unde q e et quo est aut que ad
ipius pfectom vel decorem ptinet
et uniusalit ome quod desu na
est boni est a solo deo expetend
pz nam cu Jacobi pmo dicat De
datum optim et omne donu p
fctm desursu e descendens a patr
lum est utiqz ab illo qui dat ia
quend ipe em e qui fecit celum
et tram mare et omia que ieis
sut et omia p ipm fca sut et si
ipo fctm est nichil ex quo omia
p quem omia in quo omia et ob
hoc ipi gloia in scla sclor. Non i
ab io sapia non sanitas no pro
spitas non salus anime non belli
victoia vel triuphus non pax
no vtus aliqua non concordia vl
status tranquillus Non felicitas
vel bonor temporaliu ubertas
non laus aut premiu siue mer
ces sz ab ipo solo deo sut quenda
Unde Aug in libro de ciuitate di
Qui sine saluatore salute vult
habe et sine vera sapia extimat
se pdentem non sanus sz eger
no pdens sz stultus in egritudine
assidua laborabit et in cecitate
maxima stultus et demes pma
nebit. xxiij. q. j. Qui sine salua
tore Cur ergo inquit Aug in lio
meditacomi calo. v. vagaris homu
cio qrendo bona aie tue et corpis
Ama unud bonu in quo sut omia
bona et sufficit deside simplex bo
quod e ome bom et satis est et calo
iuj. dt Cogita q tum potes quale
et quantum sit illud bonu Si enim

singula bona delectabilia sut cogi
ta intime qm delectabile sit illud
bonu quod iocunditatez continet om
bonor hec ipe Cz aut id quo viui
mus mouem et sumus sit adeo idem
ondit in libro de qntitate anime sic
inquiens hc ipm bom quod agit
deum p nos age intelligamus neqz
qui ppriu nobis vendicemus in anis
glie cupiditate decepti quo vno malo
assimo i yma demigit hec ipe Quo
fit q si quid in nobis bonu est vel
laudabile no a nobis sz ab io factu
e qui facit mirabilia solus et miau
q prout nouit accedat Et ideo co
mendemus opa in nobis diuia si q
sut vel videntur in nobis no nra q
et nos si quid boni sumus opus illius
sumus Sic et cu videmus aliqm
creaturam dei bona vel bene dispo
sitam amemus ut illius bonitatem
vel pulcritudinez ad deu referamus
Alioqn si pp se amat creatura no
adiuuat vtentem sz corrumpit fru
entem Unde redemptor nr docens
nos vana gliam fuge et opa bo
ad laudem solius dei referre precepit
illis qui surdu et mutum adduxe
rant ne cui dicerent Quia ut dicit
in ell'mear glosa non in aliis gloian
du sz in cruce et humilitate. Vez q'a
ut ait Jeronimus Ciuitas in monte po
sita non pt abscondi q nto magis
eis pcipiebat tanto magis pdica
bant et eo amplius ammirabantur
de eius videlicz tanta humilitate
dicentes bn omia fecit surdos fecit
audire et mutos loqui ponunt
pluiare p singulari testantes phor
miraculor multitudine qr licet
hic dicat vnus surdus et mut
tm curatus plures tamen fuerunt
cera surdi et muti curati sz inter ml
tos fuit vnus cum curato fuit mira
bilior in ceteros quia i ipo sm Jero
nimu tria miracula concurrerunt q'a
auditus fuit redditus et affatus
et a demone liberatus Et aliquis quaeret

quare istis prohibuit ne pdicaret
cu sciuerit eos amplius pdicaturos
videt Aug9 de ysn̄ euangelistar
qr voluit vnde qnto qz frequencius
debeant loqui iubet vt pdicent
qndo illi qui prohibebant tacere
non poterant Ex hoc aut loco qr
dns inhibuit signu istud pdicare
turbe vero amplius pdicabat do
cumentu accipit' Quociens alicui
beneficia largim' non debemus
applausus et laudes appetē illos vō
quor accepim9 bnficia siue bnfac
tores debem9 laudib9 attollere hec
ᵹclusio finalit' ē Theophili pma
ps pbat' p Aug'm qui sic ait bte
est qui laudes hom transcendit et
id solum intuet' et ei placere m
titur qui cōsciencie solus inspec
tor est decaue consciencie puitate
qnq procedit tanto est laudabilius
qnto laudes hom non affectat Sz
michil de nobis tamqm de nris vi
bus psumam9 ne quod ab illo ac
cepim9 amittam9 et magis cogi
tare debem9 quid nobis desit qm
quid nobis assit quo habemus
caueam9 ne pdam9 quod nōdu
hem9 supplicem9 vt habeamus
h 1e Et fulgeans In opib9 bonis si
te laudat humana lingwa tu laud
a solo deo desiderā sic fiet vt du
laude ab hominib9 non quesieris
ds laudem i opibus suis Rntu
vō ad ptem scdam Quod benefac
tores nros laudare et venerari
debem9 pz nam sm Thoma sa
se. q. c vi. articulo tco Omnis ef
fcus naturalit' ad suam causam
conuertit' Sm dyonisiy dicit pmo
calo de diuis nominib9 Quod de9
omnia in se conuertit tamqm om
causa semp enī oportet qr effcs
ordine ad finem agentis manifestu
est aute qr bnfctor in qntu hui9
mōi ē causa beneficiati Et ideo
nālis ordo requit vt ie qui suscep
bnficiu p grāz recompensacionē

conuertat' ad bnfactorem Et vlti9
dr ex bnfcori debet' honor et re
uerencia eo qr hz racōm pncipij sz
p accides debet' ei subuencio vel
sustentacio si egeat hec ie Quis
aut maior est bnefactor qm xpus
de9 nr qui fecit nos et non ipi
nos qui dedit esse viuē sentire
intelligē qui creauit qui rede
mit nos qui omia nris pedibus
subiecit Angelos in custodiam
deputauit dedit dona diu'sa na
turalia et gratuita dedit sua et omēz
supans libertate dedit se nobis
qr vbū caro fcm ē vt habitaret in
et miseriam civitatis Jerusalem et civium
quos hic homicidas appellat xpus
quod audiens vel legens vix se
potest affectu continere aut abstinere
Mistice vero missis exercitibus ange
lorum perdet homicidas hoc est peccatores
qui occiderunt animas suas propria culpa
et civitatem succendit igni Quia secundum
Crisostomum non solum anime peccatorum sed et
corpora in qua habitaverunt flamma
eterna cruciabit ¶ Ex quo istud ac
cipitur documentum Quod ubi maior ostensa
est gracia et longanimitas circa
peccatores et ingratos fuit maior ibi
districtior adhibetur pena patet quia ubi
magis quis obligatur ad gratitudinem
et reddendum graciam pro gracia ibi propter
maiorem ingratitudinem maiori est
dignus pena Cum enim augentur do
na rationes eciam donorum crescunt secundum
Gregorium in omelia Et quanto magis am
plius graciam percipit tanto magis si in
gratus fuit graviter torquebitur Boni
tas et longanimitas ad penitentiam non
ad augendum delicta debet quempiam
adducere propterea quanto continuum beneficia
um est magis continuatum tanto magis
pro eo debetur graciarum accio Igitur si non
fit est maior ingratitudo et per consee
quens maior pena Item cum omnis
effectus ad suam causam naturaliter conver
titur nam dyonisius primo capitulo de
divinis nominibus ait Quod deus omnia
in se convertit tamquam omnium causa sp
eciem oportet quod effectus ordinetur ad fi
nem agentis manifestum est ergo
quod deus omnium nostrum est benefactor
et ideo naturalis ordo requirit ut
secundum quantitatem beneficiorum id est qui suscepit
pit teneatur ad graciarum accionem ad quas
si non assurgit tanto erit contempti
bilior quanto adversus beneficiorum fuit ma-

ior Constat ergo q iusto dei iudicio
pctores districtius puniunt qnto ut
se recognoscerent et dignos fructus
agerent pme pia longanimitate fuerat
adeo expectati Quia igit multi pr
mixti erant qui ad nuptias fuerant
invitati Tunc ait rex suis scz aplis
r eorum sequacib nuptie quidem pte
sunt hoc est omnia que spectabant
ad redemptionem huanam ut nativitas
pdicatio passio resurrectio et ascen
sio omnia pleta sunt s qui invita
ti erant p legem pphetas et aplos
non fuerint digni hoc e non red
debat se habiles et dignos Iuxta
illud Act. xiij. vobis oportebat primum
pdicare vbu dei s quia repulistis
id et indignos vos iudicastis vite
eterne Ecce pvertimur ad gentes Ite in
quit xps ad exitus viarum .i. ad ge
tiles p diversitatem errorum gdientes
Vel pt intelligi ad exitus viarum id est
ad pctores viam iustitie delinquentes
et quoscumqz inveneritis cuiuscumqz sexus
condicionis lingwe status dignitatis
vel etatis aut gentis eo quod p
sonarum non est acceptor deus Actuum
x. vocate ad nuptias hoc est ad fi
dem invitate omnes Et egressi servi eius in
vias scz Apli de iudea ad gentes sem
quod preceperat eis xpus Euntes in
mundum universum pdicate evange
lium omni creature gregaverunt omnes
quos invenerunt bonos et malos
Nam sicut in archa noe que sig
nificabat eccliam militantem fuerunt
animalia munda et inmunda Genesis
vij. Et sic in horreo grana mixta sunt
cum palea Mt iij. Sic in ecclia milita
te boni cum malis mixti sunt ut boni
malos tollerent et mali exemplo bo
norum emendent Et implete sunt nup
tie discumbencium qz sem gloriam interlinea
rem credi debuit quotquot pordia
ti erant ad vitam eternam ¶ Ex quo
loco accipitur doctu licet multi vide
tur esse in ecclia quantum ad numerum pauci
tamen sunt qui sunt ad numerum et meritum

de quorum pmixtione divina sapientia
est rationabiliter commendanda primam
ptem probat finis huius lectionis Sed
quod dei sapientia sit ex pmixtione bo
norum et malorum laudanda probatur
primo p id Augustini in Encheridion
qui ait Id quod malum dicitur bene or
dinatum cum suo loco positum est emi
nentius commendat Bona ut magis pla
ceant et laudabilia sint dum comparantur
malis neqz enim deus omnipotens quod et
infideles fatentur cum e summa ptas
cum summe bonus sit ullomodo sineret ma
li esse aliquid in ope suo nisi usqz
adeo esset omnipotens et bonus ut
benefaceret et de malo Hec ille p id Augustini
in libro de kathezisandis rudibus ubi
dicit Oportet nos tollerabiliter malos
sustinere cum ignoremus quales postea
futuri sunt Et libro xj. sup Gen capitulo
ix. dicit cum cum pmixtos iustis et
pimpios prius proficiant frustra deus
non crearet quos malos pscie bat
futuros cur enim non crearet deus
quos pscie bat bonis pfuturos ut
et utiles bonis voluntatibus exercendis
admonendisqz nascantur Et iuste
pro sua mala voluntate puniantur Con
cordat sup ps. liiij. ubi dicitur Omnes ma
li exercent bonos Et in epla ad vin
centium Non ppterea malos descendi sunt
boni s bonos ppter mali tollerandi
Hec ille Concludit ergo quod cum
omnis malus aut ideo vivit ut cor
rigatur aut ut bonus per eum exerceatur
Aut ut comparatione mali bonus lau
detur aut ideo ut iusto dei iudicio cum
possit emendari p bonum condempnetur
aut ut universum p diversitatem bo
ni et mali pulcherrimus quam dum restat
huanum exercitium videatur proculdubio
sapientia dei gerit quod mali cum bonis
in militante ecclia pmiscentur In
travit autem rex scz deus veniens
ad iudicium qui tamen ubiqz est sed
intravit ut videret discumbentes .i.
ut videri faciat cum tamen ipse omnia
videt sem id ps Ecce dne tu cognovisti

iusti omnia nouissima et antiqua Et
sermo i° d Apli ad hebreos Omnia nuda et
aperta sunt oculis eius et vidit hominem
id totam congregacionem malorum qui in
malicia sunt vnum et de vanitate licet
diuersas facies habeant conueniunt in id tempore
singulariter vero dicitur hominem sermo
gregum quia vnius generis sunt omnes qui
seruant maliciam non vestitum veste
nupciali hoc est non habentem fidem
formatam seu fulcitam caritate aut gratia
dei Ex quo accipitur istud documentum
Non est opus quantumlibet videatur virtuo
sum acceptum deo si caritate aut
gratia dei non fuerit obmixtum Istud pro
batur per id apli .y. Cor xiij Si lin
guis hominum loquar et angelorum caritatem
autem non habeam factus sum ve
lud es sonans et cymbalum tinniens
Quod attendens Apostolus prima Cor xvj.
dixit sectum caritate Et in eadem
xvj. dicit Omnia in caritate fiant Et
ad eph. iij. dicit In caritate radicati
firmati Et ad colocen. iij. dicit Super
omnia caritatem habentes Item pro
batur per id Augustini super Iohannem
Vbi caritas est quid est quod possit
de esse vbi autem non est quid est
quod possit prodesse Et ait illi scilicet
non habenti vestem nupcialem Ami
ce quomodo huc intrasti non habens veste
nupcialem Amice propter naturam sed
inimice propter peccati feditatem Natura
quidem bona est quia a me creata
sed perfidia per te est adinuenta quomodo
huc intrasti sacramenta ecclesie in
digne sumendo et fidem verbis et non
operibus confitendo Ecce venisti nunc
ad iudicium An christianus sis vel pa
ganus et infidelis signa quippe ca
num ondunt sed opera antichristum et dei
aduersarium profitentur Vnde cum non
sis vestitus stola aut veste que fi
lios lucis a filiis tenebrarum disting
wit an sit locus tuus in celis vel in
infernis an cum deo vel cum dyabolo

proferto quia non est conuencio lucis
ad tenebras nec sancti ad carnem male
intrasti turpius exibis pudere pro pec
catis noluisti pudenter ceteris vesti
ri noluisti iam non restat tempus vt
vestiri possis sed vt nudos ad nudos
exigente iusticia detrudaris At ille
obmutuit propter timorem accusacionis
propter erubescenciam iniquitatis et propter
ignoranciam excusacionis Ex quo
accipitur istud documentum Obmutescent pec
catores in conspectu dei est racione istud
probatur per illud Augustini in sermo
ne .viij. de aduentu domini ad iudici
um Vbi autem in illo magno et metuen
do districtu iudicio mundi miseri con
tristati contriti humiliati cum tremore
et metu inclinati facie lamentantes
cum rubore nos operientes assistemus
hec ille Si ergo boni et electi trebuntur
quid mali in tremendo iudicio re
spondebunt Si enim iustus vix salua
bitur impius et peccator vbi parebunt
Si tabule tremebunt stipule qualiter
non contremiscent si sanctus vix suffi
cit in tutum ad salutem Vnde malis
possit occurrere adiutorium vt sal
uentur Tunc dixit rex ministris Ligate
manibus et pedibus eius eum enim e
vt qui ligati fuerunt in culpa fiant
ligati in pena culpam enim debet
sequi pena Mittite eum in tenebras
exteriores ad locum videlicet eterne dampnacionis
vbi erit fletus et stridor dencium
vt sicut Gregorius dentes illic stri
deant qui in seculo edacitate gaude
bant Illic oculi fleant qui per illici
tas concupiscencias versabant quatenus membra
singula supplicio subiaceat que sed
quibuscumque vicijs subiecta fuerant
Ex quo istud accipitur documentum
Iuxta pondus peccatorum erit mensura
doloris in penis si quidem scribitur
Quantum glorificauit se in delicijs tan
date ei tormentum et luctum Et inde Deutero
nomio dicitur iuxta mensuram delicti

Ex quo istud dicitur accipitur scilicet multi sunt vocati vocatione predicacionis pauci tamen

eit plagarum modus / solus enim deus scit cum rex atque supplicare mensuram ut ait Gracianus .xxiii. q. v. Quid ergo vobis ad quod respondebimus Concludendo vobis Christus dicit Multi enim sunt vocati pauci electi. Vocati sunt quia soli electi vocacione predestinacionis vocantur equidem homines vocatione predicacionis et glorificacionis ad imitanda Christi vestigia vocacione predestinacionis qua preordinati sunt ad regna celestia vocacione glorificacionis ad querendum celestia et eterna desimma habetur Proverbiorum .ix. Misit ancillas suas ut venirent ad arcem scilicet consiliorum et ad menia civitatis scilicet preceptorum de reliquis Apostolus ait quos predestinavit illos et vocavit hos et iustificavit quos iustificavit illos et magnificavit nemo tamen intelligat quod predestinacio vel presciencia dei inferat rebus necessitatem quoniam si hoc fiet frustra proponentur bonis premia et malis supplicia Item iniuste remunerarentur boni vel punirentur mali. Preterea nec spondendi nec supplicandi vel la racio esset Item evacuaretur libertas arbitrii que se habet ad utrumlibet nec bona facientes essent laudabiles nec mali vituperabiles Cum igitur dampnat presciturum operatur secundum iusticiam quando vero predestinat operatur secundum graciam et misericordiam Non est deo imputandum quod multi vocati pauci vero electi Et plures dampnantur quomodo enim salvari possunt qui se non abilitant ad salvandum Et si queritur cur creati sunt cum sint presciti a deo respondet Augustinus libro .xi. super Genesim capitulo .xi. Quod presciti ideo creari debuerunt quia et habent locum ipsi suum que in rebus impleant pro utilitate sanctorum Et in libro de vera innocencia capitulo .xv. dicit Nullum deus vel angelorum vel hominum creavit quem malum futurum prescivisset nisi pariter nosset quibus eos usibus bonorum emendaret laudibus est igitur deus creator et malis utitur ad bonum et ipsis malis multa non nunquam que pocius essent offenda bonis largitur Ipseque qui vo-

cavit omnes exorandus ut predestinatorum numero nos faciat agregari qui est benedictus in secula seculorum Amen

61 Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum Iohannis iiii. Nam secundum Augustinum libro de duabus animalibus capitulo decimo Cognicio summi mali sive cogitacione summi boni contingere homini non potest non enim nossemus tenebras si semper in tenebris essemus sed lucis noticia contrarium suum non sinit esse incognitum hec ille. Et ideo regulus iste qui secundum Theophilum aliqualiter in Christum credidit quando in Cana galilee mutavit aquam in vinum in nupciis quamvis postea eius non noverit deitatem non immerito tanto errorum suum tenebras incepit magis cognoscere quanto cepit luci amplius appropinquare propter hoc siquidem homo deum non diligit aut credit in eum quia ipsum non cognoscit Ideo autem non cognoscit quia non intelligit lumen suum non comprehendit lux enim in tenebris lucet et tenebre ea non comprehendunt Quapropter luci quilibet appropinquet ut cognoscat Sic enim hic regulus quia Christo qui lux est vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum appropinquavit filium sanitati restitutum obtinuit Attentaque potencia verbi Christi eo quod verbo desperatum de vita subito eadem hora qua dixit quod filius eius viveret postea sanavit credidit ipse et domus eius tota de quo sic inquit ewangelista Erat quidam regulus secundum Origenem iste fuit de familia herodis vel Cesaris habens aliquam potestatem tunc in iudea Nam volentes romani frangere Iudeorum superbiam abstulerunt eis regiam dignitatem et eorum regnum in quatuor Thetrarchas diviserunt pro illo ergo tempore nullus erat rex in iudea sed iste regulus officialis fuit cesaris deputatus ad custodiendam galileam provinciam et mansit in Capharnaum que erat caput galilee Vel dicitur

regulus aquitate fidei s'm Greg' in
ome. ¶ Ex quo accipit' istud docu-
mentu in mudo tantu nuncupati
uu et non veru est regnu pz de glo
ria om regnor que videbant po-
tentissima q' transierut velud umbra
Item q' nullus rex visus est cui
omnia ad nutu succedent qn aut a
liquid sibi obfuit quod ad esse opta
bat aut affuit q' abesse cupiebat
Cui pulcritudo fortitudo deducta
et iocunditas ex multitudine infecta
aut habundancia diuiciar finem n
habuit quis regu umquam diem vni-
cam letam deduxit qn eu i aliq
pte diei reatus conscie vel impe-
tus ire vel metus aut pene turba-
uit liuor invidie ardor avaritie
aut tumor supbie non vexauit iac-
tancia offensa vel aliq passio non
commouit visus auditus aut actus
aliquis non molestauit a mane vs-
vespam mutat' tpus cogitacones
vane sibi succedut et mens rapit'
in diuisa tpus advenit mors cotti-
die appinquat mille ani regnat' sic
tamquam dies hesterna que pterit sic
regibus pncia moriut' incipiunt alij
sz ab illis terrent' domant' sz omni
hora aut vite vel regni exidiu sus-
picant' latitudine regni gloriantur
sz minime non attendut quod totus
orbis terre respectu magnitudinis
celi quasi punctus quidam censetur
Si igit' boni sut qui regnant in vite
se esse regulos coram altissimo re-
cognoscunt tuc em dies homis la-
boribus et erumpnis plem sut Et vt
ait Eccles Omnia que sub sole sunt
vanitas vanitatu et omis vanitas
Si vo sunt impij revera q' vt ait
ppheta non e pax impijs quomo
non sut reguli quos inflat supbia
rodit invidia stimulat avaricia suc
cendit ira auget gula kathenat
luxuria ligat mendaciu maculat
homicidiu quoqz p omia quibus p-
cant p het torquent' et torquebut'
Ve igit' sunt homines quantulibz pote-
tes reguli vnus aute rex est ipe
deus p quem reges regnant et
conditores legum iusta decernunt
Regulus itaqz iste venit ad xpm
sz non nisi infirmitate filij vexatus
aut turbatus quia filius eius infirma
bat' capharnau ¶ Ex quo accipit'
istud documentum Non nunquam homo
tribulacone vexatus incipit intel-
ligere via salutis qui alias ea que
salutem respiciut querere non cura
bat Pro isto inducit' id ysaie .xxix.
Ubi ait vexacio dat intellectum Item
Aug' in sermone s'o delectamus Omnis
homo non vult habere tribulacom sed
tamen bona est tribulaco que cogit
deu querere Unquid dicit in die deli
ciar mear deu exquisiui forte qn
habebat delicias non quesiuit din
dedit illi deus tribulacom no irasce-
do sz magis miserendo no ipsum
deseruit sz se ab eo querere voluit
Nouimus em multos qndo illis bn
est non querut deu h' i'c Et sup
ps .xix. patitur quis tribulaciones
docet amare meliora p amaritudinem
inferior ne viator tendens ad pa
triam stabulu amet pro domo h'
ipe filius aute reguli intelligi
anima cuiuslibz homis que vt sic
quater infirmat' in capharnau que
interpretat' villa consolacionis nam cu
homo vane glorie huius mudi et ob
lectamentis carnis ac vanis cosola
cionibus subiectus In ordinate in
nimie q' delectat' umbra tenens pro
veritate et creaturas pponderans cre
atori celestiu obliuiscit' et ob hoc
iacens i infimis et in lecto mortalis
egritudinis infirmat' ¶ Ex quo
tale documetu accipit' licz recrea-
tio corporis et anime tempata admit-
tit' nimia tame deducto tpalis vl
consolaco inculpat' probat' p ea q
ponit btus thomas sa se. q. cxviij.

articulo p° in responsione ultimi argumenti
ubi dicit Quod ad sapientem pertinet ut
delectacionem afferat hiis cum quibus con-
versatur non quidem lasciviam quam virtus
cavet sed honestam secundum illud psalmi
Ecce quam bonum et quam iocundum ha-
bitare fratres in unum quamquam tamen propter
aliquod bonum consequens vel propter aliquod
malum excludendum non refugiet vir-
tuosus eos quibus convivit contrista-
re ut philosophus dicit iiii Capitulo Unde
et apostolus ii Cor. vii. Si contristavi vos
in epistola non me penitet et postea
gaudio non quia contristati estis sed quia
contristati estis ad penitenciam Et ideo hiis
qui proni sunt ad peccandum non debemus
hylarem vultum ostendere ad eos delectan-
dum ne videamur eorum peccato consentire
et quodammodo peccandi audaciam mi-
nistrare hec sanctus doctor Ex quo patet
quod excusatur homo a peccato ne peccet
si in conversacione communi ad unumquemque se
habet tam in factis quam in dictis secundum quod
~~decet~~ docet Alioquin si exit ordinem
est in culpa Item dicit beatus Thomas
ubi supra q. clxviii art. ii. iii et iiii°
Quod sicut homo indiget corporali re-
focillacione quia non potest continue la-
borare Ita ex parte anime quiete et so-
lacione indiget quod solacium quibusdam
dictis et factis in quibus non queritur
nisi delectacio animalis Et hec dicta
vel facta vocantur ludicra et iocosa
Unde philosophus iiii Ethicorum dicit Quod in
huius vite conversacione quedam re-
quies cum ludo habetur Et ideo inter-
dum aliquibus talibus licet uti
Circa que tamen tria precipue videntur
esse cavenda quorum primum et principale
est quod predicta delectacio non queratur
in aliquibus operacionibus vel verbis
turpibus vel nocivis Aliud ne totaliter
anime gravitas resolvatur Tercio ut
iocus sive ludus sit conveniens
secundum condicionem persone temporis et lo-
ci et secundum alias circumstancias de-
bito modo ordinetur Hec ipse Si
igitur quis se recreare volendo as-
sumit verba turpia vel facta aut ea que
vergunt in proximi nocumentum que de se
sunt mortalia peccat mortaliter Si vero
quis utitur ioco vel ludo turpibus vel
locis indebitis aut preter convenienciam
negocii vel persone et sic ludo afficitur
ut ipsius delectacionem delectacioni propo-
natur Ita quod contra preceptum dei vel ecclesie
talibus ludis uti non refugiat peccat
mortaliter Si autem non tantum afficitur
quod nollet aliquid contra deum committere
peccat venialiter Summa est beati Thome
ibidem patet ergo in iocis esse virtus et vi-
cium nam ut ait philosophus in Ethicorum contra
humana racionem est ut aliquis se one-
rosum aliis exhibeat puta dum
nichil delectabile exhibet et delecta-
ciones aliorum impedit Et Seneca dicit
sic te geras sapienter ut nullus te
habeat tamquam asperum nec contempnit
quasi vilem Et philosophus eos qui mode-
ratos ludos aliorum non recipiunt vocat
duros et agrestes verum quia dicit idem
philosophus ix Ethicorum Quod parva delectacio
sufficit ad vitam sicut parum de sale suf-
ficit in cibo qui consolacionibus et de-
lectacionibus se immergit aut in eis
iugiter delectari querit signum ut quod
filius eius hoc est anima eius in capthar-
naum infirmatur Sequitur Hic est cum
audisset quia ihesus veniret a iudea in
galileam rogabat eum ut descende-
ret scilicet in Capharnaum que erat sita
in valle respectu galilee et sanaret
filium eius incipiebat enim mori non
enim credidit quod sanare eum posset sine
corporali presencia propterea rogabat eum
descendere dixit ergo ihesus ad eum Nisi
signa et prodigia videritis non creditis
Ecce inquit Gregorius filius dei non venit
ire ad filium reguli ad filium autem
centurionis ire paratus est Et subdit
In hoc superbia nostra retunditur quod in ho-
minibus non naturam quia ad ymaginem
dei facti sunt sed divicias honoramus
Dominus vero dicit Quod iudeus fide
centurionis humilitatem probitatem et
prudenciam statim se iturum et sana-

tur pmittit. Sz regulus fidem inte
gram non hũit sz credidit eũ esse pu
rũ hominez et deo dilctm et pp̃ces ei9
ipius qñdo pncialit adessz deus ipz
exaudiret ¶ Ex quo passu accip²
istud docu^tu Non qui dicor sz qui
vtuosior fuit aut saltem dignitate
maior vel officio ẽ amplius honora-
dus Nam cum bonus sit tantũ hono-
randus s^m phm Et diuicie bonũ
nõ faciãt que nisi cõmunite ĩ alios
tñsire nõ pnt. cõmes q3 sut bonis ⁊
malis nullus venit ex eo q diues
est sz quod v̉tuosus honorandus di-
uicie quippe tpales si veniut cũ stu
dio et affcũ singulari ignominose st
s^m Io^m xij. q. ij. gloria epi Pretẽa
vt ait btus Thomas s̃ia sc̃de. q. C.
xxxj honor importat qñdam reue-
renciaz aliaui exhibitam intestio-
niũ excellencie eius cca excellen-
ciam autez hominis duo sut attende-
da pmo q illud s^m quod homo
excellit non habet homo a seipso
sz ẽ quasi qddam diuinũ in eo et
ideo ex hoc non debet² s̉ pncipalit
honor sz deo Scdo cõsiderandum
est quod illud ^ quo homo excell^t
dat² hom̃i adeo vt alys prosit vñ
intm debz placẽ hom̃i testimoniũ
sue excellencie quod ab alys ex
hibet² in q̃ntũ ex h^c pat² s̉ via q
alys prosit Hec ipe. Et scdm h^c
ĩ quo magis relucet gra dei ⁊
fulgent v̉tutes ẽ amplius ppt
diuinũ quod ẽ in eo honorand9
cca honor tamẽ appetitũ cplia-
ter sit excessus Vno modo dum
quis appetit testimo^m de excel-
lencia quam nõ habet Alio modo
q honorẽ sibi cupit impendi nõ
refẽndo in deũ Tcio q appetitus
eius in honore quiescit non re-
fẽns honorem ad vtilitatem ali-
or Prima est sti Thome ibidem
Ex quibus patet q honor debet
querẽ hominez non homo honorẽ

Item qñtumcumq3 sint sti homines dicẽ
vẽ non pnt honorate nos sz honora-
te xpm nos em̃ honorari nolum9
sz illum Item nullus debz ex hore
sibi impenso effici omis em̃ caro
fenũ et claritas hominis vt flos feni
vt cito cadit Vnde ppheta vere fenũ
ẽ pplus Non igit² iste reglus quia
diues erat ita fuit honoratus sic
centurio qui humili^te et fide pollebat
apud enim dm̃ nõ qui dicor ı^e ma-
ior sz iustior Et quia idem regulus
ex pte ⁊ nõ integre credebat dicit
ad xpm dñe descende p̉us qm̃ moia²
filj9 meus Ecce clare ondit² q ple-
ne nõ credidit xpm esse deũ sz mag-
nũ sctũ et vltra alios adeo dilctm
dicit ei ihus vade filius viuit qua-
si dicat pfcte sanitati restitutus est
deiamus mortis eo q vt pmissũ ẽ
incipiebat mori ¶ Ex quo accipit²
tle docu^tu Non pt homo a morta-
li pcco resurgẽ et maxime cõsue-
tudinẽ peccandi deserere nisi ipse
se adhoc q̃ntũ pt disponat vel a-
liquis pro eo preces humiles altissimo
imponat Vnde dicit Canon Graz
querens spali labore dignus est
venia de pe. dis. j. Que penitet
Et hinc venit i^d Qui creauit te
sine te non iustificabit te sine te
requit² ergo dispoico aut labor tã-
to aut orans pro altero facilius ex-
audit² q̃nto iustior est et dignior
j. dis. j. Sacdotes licet et in orõni-
bus sacdotũ q̃mbus nõ ipor in-
ta aspiciat deus sz officiũ. j. q. j. Cu
scriptura Oraco itaq3 possessis mltũ
valet licz tm̃ pdestinati tantum
oronibus pnt saluari xxiij. q. iiij.
Obtineri Sequit² credidit homo
sermoni q dixit ei Ihus quia fides
requit² ad bñficia dei obtinenda
Et ibi ut sine xpi pncia corporali
vbi dicit Crisostom9 quod credidit
non tamẽ integre neq3 sane Vn
subdit² Iam autez eo descendente

sui occurrerunt ei et nunciaverunt ei dice-
tes quia filius tuus vivit. Sui quidem
secundum Criso*stomum* obviaverunt non solum
ut gaudium patri nunciarent sed quasi
estimantes superflua esse presenciam Christi
que credebant accedere. Interrogabat igitur
horam ab eis in qua melius habuerat
volebat enim scire an casu vel ex precep-
to hoc factum esset. Unde contulit horam
et dixerunt ei quia heri hora septima
reliquit eum febris. ¶ Ex quibus duo
sumuntur documenta. Primum quod frustra
pro aliquo orat qui dubitat in orando.
Crisostomus quod hora septima que intelligitur
hora vite serotina vel ultima in tercio
licet raro homines dei graciam consequuntur.
Primum probatur primo iacobi primo dicit
postulet a deo qui dat omnibus affluenter
et non improperat. Postulet autem in fide
nichil hesitans qui enim hesitat similis
est fluctui maris qui a vento movetur
et circumfertur non ergo existimet ille
quod aliquid accipiat a domino postu-
let igitur si velit orando fructum con-
sequi fiducialiter habendo de deo secundo
fiducia postulet humiliter quia oratio
humiliantis se penetrat nubes Ecclesiastici
xxxv. Postulet discrete ne ipsum respi-
ciat Christi verbum cum aliis indiscrete pe-
tentibus nescitis Matthei xx. et Iacobi
iiii. quid petitis et non accipitis eo quod
male petatis postulet plus corde quam
ore nam non prodest strepitus labio-
rum si mutum est cor postulet verecunde
more publicani qui verecundabatur ocu-
los ad celum levare Luce xviii. Postu-
let lacrimose ut dicatur sibi illud Ysaie xxx-
viii. Audivi orationem tuam et vidi lacrimas
tuas postulet fervide nam maledictus
qui facit opus dei negligenter Ieremie
xlviii. pulset instanter quia ut ait veri-
tas oportet semper orare et non deficere
postulet pie hoc est non ponat obsta-
culum quod fit per indisposicionem petentis
postulet ea que salutem respiciunt
sic enim cum in nomine Christi patrem petes
dummodo dispositus fueris quod pe-
tieris impetrabis. Alioquin si quis for-
sitan indispositus pro aliis oraverit
tamen vix sibi proprium meritum ad obtinendum
sufficiat iuxta illud Matthei xxv. Ne forte non
sufficiat nobis et vobis. Non mirum quod
interdum non auditur. Crisostomus vero sic de-
claratur divina siquidem gracia nulli se
contulit et in ea sub tempore penitenti. Cum
homo quamdiu habet usum liberi arbitrii
potest se ad graciam preparare vere dolendo
de preterito et habendo firmum propositum cave-
di de futuro. Unde leo papa. Nemo est
desperandus quamdiu in hoc corpore est consti-
tutus quia non numquam quod diffide-
ncia etatis differtur maturiori consilio
perficitur. de pe. dis. vii. Nemo. Exemplum
est in latrone qui sero penitens veniam
obtinuit verum quia multos decipit sero-
tina penitencia cum Augustinus dicat tene certum
et dimitte incertum vix enim vel raro homi-
nem iram dei cottidie contra se provo-
canti conceditur ut sic penam timeat
quod et ad diligendum deum assurgat cum
timor mortis memoriam confundit infir-
mitas intellectum raciocinari libere non
sinit familia cor distrahit suspicio de
distribucione bonorum que collegit mente
angustiat uxoris et filiorum lacrime per-
turbant demonum sevicia species con-
fusas ut desperet vel minime vere dole-
at terreat horror districti iudicii om-
nes animi extenuat quo igitur peccator
oppressus multis insidiis ad penitendum se
recolliget revera difficile licet non sit deo
impossibile apud quem nulla hora est
serotina prosequendo igitur ultimus ewan-
gelista dicit cognovit pater scilicet ex comparacio-
ne horarum ad invicem quia illa hora
erat qua dixit ei Ihesus filius tuus
vivit. Unde quia ad verbum Christi curatus
eius filius fuit credidit ipse et do-
mus eius tota scilicet familia. ¶ Ex quo
accipitur istud documentum. Quod in
fide sicut in aliis virtutibus sunt gradus
per quia in ea est inicium incrementum
et perfectio fides enim reguli inicium habuit
salutem filio petiit incrementum quando
credidit Christi sermoni dicenti filius tuus
vivit deinde perfectionem habuit quando ipse

credidit et domus eius tota nos igitur
de sanando filio nostro peccatis morbidis in
firmato hoc est anima nostra accipimus cre
dendi inicium dum accepitis auditum et ea de
testamenti habemus monimentum dum luge
do ea que fecimus ad deum integra men
te convertimur tunc vere perficimur quando
deo peccatorum sua reconciliamur et gracia
sua non abutimur sed fidem animo suis
operibus comprobamus et ob hoc sperare debe
mus quod de hac vita peccatorum ad eterna con
surgamus Quam nobis prestare dignetur
deus per secula benedictus Amen

Simile est regnum celorum homini
62 regi qui voluit rationem
ponere cum servis suis Mathei xv
iii. Pius et misericors dominus cuius mise
rationes super omnia opera eius quem in
multis offendimus omnes licet sit infinitus
et ideo offensa in ipsum commissa est in
finita paratus tamen est nobis quo
ciens eum offenderimus offensam di
mittere dummodo velimus ex toto corde
et affectu ac ope veraciter penitere cuius
exemplo in nos peccantibus debemus
offensas si humiliati fuerint indulgere
vel saltem si humiliari noluerint offen
sam de corde dimittere sed super iniuria
nichilominus possimus coram tribunali
bus hominum aut interesse nostro disceptare
quod docet nos in presenti parabola dicens
Simile est regnum celorum homini regi .i. christo
qui habet in Apocalipsi legitur In femore
suo scriptum rex regum et dominus dominancium
sic enim ad regem quatuor spectant scilicet
potencia qua conterat adversarios Cle
mencia qua sustentet miseros Sapi
encia qua recte iudicet inter iustos et
iniustos Equitas iusticie qua rigorem
temperans mansuetudine reddat ama
bilis apud universos Sic christus habet
immensitatem potencie quia ut ait Da
niel propheta potestas eius potestas eterna
et regnum quod non auferetur habet se
renitatem clemencie nam ait non veni
vocare iustos sed peccatores profunditatem
habet sapiencie eo quod attingit a fine
ad finem fortiter et disponit omnia sua

uiter sed equitate iusticie nam infudit
vinum et oleum vulneribus sauciati quia
quoniam est potentissimus ymmo omnipotens
est super venerandus quia clemens est
amandus quia sapiens est cum omni
devocione et diligencia audiendus
quia iustissimus est timendus cuius regnum
celorum est simile .i. status ecclesie militan
tis cuius caput est christus ¶ Ex quo
loco accipitur istud documentum Omnis
homo qui rex aut rector velit con
grue dici et esse debet pollere pote
cia clemencia sapiencia et equitate iusticie
et primo quantum ad potenciam ait Ambrosius
super c° psalmum anima mea in manibus meis
semper Rex dicitur eo quod regem se novit
et arbiter sui iuris sit ne captivus tra
hatur in culpam nec preceps feratur in vi
cium Item Gregorius xxvi moralium Cum in
locis bene regitur tum hic qui preest in
ciis pocius quam fratribus dominatur Item
Ysidorus libro iii. de summo bono reges
a recte agendo vocati sunt Ideoque
recte faciendo regis nomen tenetur pec
cando amittitur quantum vero ad clemen
ciam ait Bernardus super Cantica loquens
principibus ecclesie discite subditorum ma
tres esse debere non dominos studere magis
amari quam metui et si interdum opus est
severitate paterna sit non tyrannica Quan
tum autem ad sapienciam patet per Gregorium qui
super illo da michi sapienciam et intel
ligenciam ut ingrediar coram populo suo
ait Non aurum non divicias non ter
renam gloriam Salomon a deo peciit
sed ut sciret populum domini regere et iudicare
Et subdit Si hoc elegit rector corporum
multomagis hoc eligere debent recto
res animarum Sed quantum ad equitatem
servandam patet per beatum Gregorium qui
sic ait conscienda est lenitas severi
faciendo quoddam ex utroque tem
peramentum ut neque multa asperitate ex
ulcerentur subditi nec nimia benignitate
solvantur induatur de moyse qui sic
amavit eos quibus prefuit ut pro eis
nec sibi parceret et tamen delinquentes
sic persecutus est ut eos eciam domino presente

prosternet utrobique legatus fortis utro
bique mediator admirabilis causam populi
apud deum patribus cum populi apud deum
gladiis allegauit. Hec ille. Regem igitur
dicere vel putare subiectum viciis vel rec
torem asserere est absurdum non habere
sapientiam vel prudenciam quid putamus
aliud nisi asinum conatum. Regem expecta
te venientem per formam dicimus in huiusmodi. Sed
quia voluit racionem ponere cum seruis suis
scilicet omnibus hominibus quos emit sang
wine suo precioso secundum illud prime petri
primo. Non corruptibilibus auro et argen
to empti estis de vana vestra con
uersacione sed precioso sanguine agni in
contaminati et immaculati ihesu christi
ad adventum enim eius omnes homines
resurgere habent cum corporibus suis reddi
turi de factis propriis racionem ut habetur
in symbolo anathanasii. Requiret
itaque christus racionem districta ab omnibus
inquiens propter vos de summis celorum
ad yma descendi propter vos homo factus
paulo minorem me angelis meis fe
ci propter vos omnes defectus penalitatis ex
cepto peccato assumpsi inter vos ve
lud homo purus cum essem verus
deus conuersari volui propter vos tradi
tus ad mortem fui propter vos in monte
oliueti orando sudore sanguineo
sudaui propter vos flagellari alapisari
conspui palmis in faciem cedi in cruce
extendi aceto et felle potari volui
et post mortem lancea militis perforari
volui vobis celum propter quod a deo ob
seruatum in virtute aspersionis sangui
nis mei aperui et ad recipiendum
obtuli vobis spiritum sanctum consolatorem
ne contingeret vos in mundi terminibus
deficere nisi et ascendens in celum tra
here vos ad celestia quantum erat et
est in me non cessaui quid igitur vo
bis ultra debui facere et non feci di
cite peccatores secundum naturam passibiles
ac mortales quod passi estis vel fecistis
propter me creatorem vestrum cum ego in
passibilis factus fui passibilis et mor
talis quod mirum si homines corde

iugiter reuoluerent ad racionem facienda
ydoneam de cogitacionibus locucionibus
operibus consiliis consensibus in malis coo
peracionibus et auctoritatibus se prepararet.
Et cum ceperit racionem ponere, non enim
sumus nunc in examine sed tunc tradentur
ex animi quando anima resoluta a corpore
fuit deo iudici represen tata nichilominus
in extremo iudicio generaliter cum aliis
representanda iuxta illud Apostoli ii. Cor.
v. Omnes nos stare oportet ante tribunal christi
ut referat vnusquisque propria corporis prout
ut gessit siue malum. Oblatus est ei
vnus qui debebat decem milia ta
lenta hoc est qui transgressus est decem
decalogi precepta ad quorum obseruanciam
est obligatus. Ex quo accipitur istud
documentum. Omnis homo est deo ad
reddendum debitum obligatus et primo
ut se totum reddat deo eo quod ipse
totam vitam suam posuit pro eo
in tormentis et morte. Secundo ut dig
nos fructus faciat temporibus suis re
cogitans omnes annos et dies in quibus
deum offendit in amaritudine anime
sue. Tercio ut gracias deo pro beneficiis
collatis multiplicibus agat presertim
quia non creauit eum lapidem aut
quercum vel bestiam sed racionalem
creaturam cuius pedibus subiecit omnem
corpoream creaturam iuxta testimonium
prophete. Quarto ut quantumlibet sit peccator
maximus de dei misericordia non de
speret. Magnam enim iniuriam facere
videtur peccator deo qui peccatorum suorum
multitudinem ab yssum maiestatis dei et
finitate infinito anteponit. Cum autem
non habet vnde reddet non enim habet
peccator vnde reddat eo quod omnia que
habere videtur sunt eterne pene obli
gata iussit eum dominus venundari id est
iusto iudicio permisit in mundorum spiritu
um seruum fieri secundum dominum. Et vxo
rem eius et filios id est concupiscenciam ex
qua concipiuntur mali filii id est opera
mala secundum illud iacobi. Concupiscencia si
conceperit parit peccatum vxorem quoque
venundari et filios est pro concupiscenciis

mtloribus pena solue et omnia que
habebat reddi sz temporalia nam iuxta
psalmistam homo cum interierit non sumet
omnia secum d. aut Cris. quod hoc pius
rex non ex crudelitate iussit sz ex inefabi
li affectione volt enim suum tenere pro hos
nuptias ut supplicet et non vendat
Unde sequitur procidens aut servus
ille videns vinculum obligacionis quod
debebat solue defectum restitucionis
quia unde restitueret non habe
bat et iussum punicionis quia dominus
eum vendi uxorem et filios iubebat
convertit se ad remedium humilis oracio
nis et rogabat eum dicens pacientiam
habe in me donando peccatum condona
do delictum relaxando supplicium Et
omnia reddam tibi contra vinculum
obligacionis promittit solucionem
quia dicit reddam contra defectum re
stitucionis petit pacientiam expectacionis
quia dicit pacientiam habe in me contra
iussum punicionis exhibet casum
humiliacionis quia procidens rogabat
Ex quo accipitur istud documentum
Tria sunt quibus pro debitore dei
mia aput deum impetratur humilitas
oracio et propositum satisfaciendi in quo
quis lesit vel offendit de humilitate
ait Ieronimus ad cellanciam nichil
est quod nos ita et hominibus gratos
et deo faciat quam si vite merito magis
sz humilitate infimi simus humilitatem
sequere non que ostenditur atque simulatur
gestu corporis aut fracta voce verborum
ostenditur sz que porro cordis affectu ex
primitur Hec ille Simile ponit super
matheum capitulo xix Item gregorius xviii moralium
tanto fit quisque vilior deo quanto
preciosior deo quanto propter eum vilior sibi
de humilitate vero et satisfaccione ait
bernardus super cantica humilis debet
esse et verecundia satisfaccio quia emen
datur superba tristis confessio nec sterilis vere
cundia grata est nec humilitas preter veri
tatem laudabilis Hec ille non spernet
igitur xpistus bonum emendandi proposi
tum humilitate fulcitum qui se voluit

per humilitatem et mititatem scilicet discite
inquit a me quia mitis sum et humilis
corde et invenietis requiem animabus
vestris Et iterum secundum Hugonem libro de
claustro anime Mel humilitatis cum
dulcedine mansuetudinis sicut mel
concordat in confectionibus medicine
cum omnibus diversitatibus specierum Sic
ex humilitatis dulcedine conduntur omnia
genera virtutum hinc ait Gregorius in omelia
Cum audisset Iohannes in vinculis opera
xpisti Qui sine humilitate virtutes con
gregat in vento pulverem portat
Et dum aliquid ferre cernitur inde
deterius excecatur Item Bernardus in sermone
de nativitate domini Sola virtutis hu
militatis lese caritatis reparacio est de
oracione vero ait Augustinus super psalmo
lx Oracionis pure magna est virtus
et velud fidelis nuncius mandatum
peragit et penetrat quo caro non per
venit Et idem in quodam sermone
Oracio si pura si casta fuerit celos pe
netrat vacua non redibit vitanda
sunt autem tria pericula in orando Nam
secundum bernardum super cantica sermone
centesimo primo periculum si fuerit ora
cio nimis timida maius periculum si
fuerit temeraria Tercium periculum si sit
oracio tepida Timida siquidem oracio
celum non penetrat quia restringit eam
timor inmoderatus ut nec proce
dere queat tepida vero in ascensu
languescit et deficit eo quod non
habet vigorem Temeraria ascendit et
resilit que vero fidelis et humilis et
fervens oracio fuerit celum sine du
bio penetrabit Unde dictum est
quod vacua redire non possit Hec
ille De proposito autem satisfaciendi
patet luce xix de zacheo cum infestus
est dominus pro eo quod humiliatus vere co
ram deo proximis illicite per eum ac
quisitis promisit satisfacere in quadru
plum Sic et iste procidens humilia
tus et reddere spondens magis obtinuit
prout sequitur Misertus autem servi il
lius sic procidentis cum humilitate et

intimo dolore sic dicentis in confessione
sic pmittentis de satisfactione dimisit
eu liber sz a captiui^te culpe et de
bitu dimisit ei .i. reatu pene et^e
non enim tardat diuina mia misere
ri vere humiliato non tardat deus
vt ait Effrem in libro de pnia pe
nitentem audire nec impperat re
mentibus ad se cur eum sponte
deseruerit cur tanto tpe inimico
suo seruierit non querit transacti
tempor quantitate sz querit humili
tatez hec ie Item Bn9 sup cantica
sermone .ix. gemina dulcedo suauitat
exuberat et pectore dni ihu Est lon
ganimitas in expectando et in dona
do facilitas ad hc siquidez diu suspe
dit sntaz vltionis in contempnente
vt quicqz reuertenti exhibeat gratia
reuisionis ¶ Ex quo accipit^r docume
tum Non pt dei se pietas cau9 est
ppium miseri et parce contine sup
humilitate contrito dolore afflicto cor
de emendare et satisfacere p pctis p
ponente qui ipm a reatu pene etne
absoluat et gre sue restituat pro
isto .i^d ysaie .lxv. indicit^r ad quem
respiciam nisi ad pauperem et contritum
spu hinc baruch .iij. scribit^r Anima
que tristis est sup mali magnitudie
et incedit curua dat tibi honorem.
Et Judith .ix. Mansuetor et humiliu
oratio sp tibi placuit Item btus gre
goi9 .xvi. moralium sup illo Job .xxx
.iiij. Non est i ptate hominis vt ve
nies ad eu nisi iudicio sic ait Non
de est in hoc iudicio mente concepto
ministiu cp pnuire reos debeat na
consciia accusat ratio iudicat timor
ligat dolor excruciat. hec ie. Et ideo
cum homo se male egisse iudicat
et obhc quia deu offendit sup hijs
que delectabile^r condam egit cruces
cit non repudiat deus istud iudi
ciu sz acceptat hc est enim de quo ait
ppheta honor regis iudiciu diligit
et sic btus erit cui non imputabit
dns ad etnam dapnationem pctm

n^c dapnabit eum cu iudicabit^r illi
gaudeat ergo omnis penites qm^o ma
tanta est offensa mia di quod parata
est offensam dimittere si quis corde
contrito et humili vere et sine figmeto
voluerit eam adeo postulare Unde
Anth9 in sermone de purificatione In co
niu porta e offert omib et nemo
illi9 expers est nisi qui renuerit No
mirer quod ds paratus est offensa
quantaslibet pccorr neribus constricto di
mitte scdm Bn^rn in sermone in vigilia
natiui^t domini Excedit pietas ihu
omni crim^m quantitate seu numerositatez
Qui vult ergo deu sibi misereri at
tendat nedu quid fecit sz quem et i
quo offendit penset quod dignus fu^t
pena etna ppt legis transgressionem
ppt impiam bnficior dei abusione
ppt horrenda anime a deo sepatone
ppter ignorantie cecitatem ppt ignomio
sam demonu quibus subiectus fuit
captiuitatem ppt pccorr vilitatez ppt
dapnationem cui fuit aseptus ppetua
quibus pensat se commoueant vt sz
omnia in quibus delectabat^r cu offensa
dei amarescant Felix aut erit si se
sibi adusariu constituat nam ait p
pheta dixi confitebor adusum me
iniusticiam dne et remisisti impie
tatem pcti mei Consequenti post ex^m
diuine benignitatis ondit reatum
humane malignit^t sub similitudine
serui immisericordis qui noluit mise
ri conserui sui dum ait Egressus at
seruus ie in libertate fidei vel de capti
uitate pcti liberatus sm Glosam inter
linearez inuenit vnu de conseruis suis
qui debebat ei centu denarios mi
nor enim e offensa in pximu qm in
deu. Unde Crisost9 Tanta e differencia
pccorr que committunt^r in hominem et
que committunt^r in deu quanta est inter
decem miliu talentorr et centum
denarior sicut ergo quilibz desidat
mi^az a dno Sic debz mi^az impede
proximo quia ex quo deus quasi
i numerabilez multitudinez pccorr

nobis relaxat quam decem milia talen-
ta homo debet proximo multomagis
parcere et qui centum denarios sibi remittere
Et tenens suffocabat eum et dicebat
redde quod debes hoc est acriter insiste-
bat ut vindictam in eo reciperet secundum Re-
migium dicit autem hic Crisostomus vide malig
dei vide servi crudelitatem didicit a domino
hiisdem repetere sed non didicit proximo
misereri adhuc enim in auribus bisticiu do-
mini habebat et tunc abusus est libera-
tione a pplo domino sibi data Et procidens con-
servus eius eum misereri debuit quia per
humilitatem procidit Et quia servus eius
dem domini fuit rogabat eum dicens pati-
enciam habe in me et omnia reddam
tibi i. parce michi et dimitte rancorem
sive vindictam et ego iuxta possibilitatem
meam satisfaciam vel sic emendabo iudi-
cate in quo deliqui Ille autem noluit sed
dimittere rancorem vel vindictam sed
abiit in viam Cayn a nichili pietate
recedendo vel secundum Remigium abiit i.
magis iram excrasit ut ab eo vin-
dictam exigeret sed misit eum in carcerem
sed in humane et crudeliter affligendo do-
nec redderet universum debitum ¶
Ex quo accipitur istud documentum Tenetur
proximo quis misereri in se peccanti
minimo vel minori cum deus dignatus
est misereri in maximo vel maiori
autem enim Augustinus in quodam sermone.
Omnis homo debitor est dei et debi-
torem habet fratrem suum quis est enim
qui non sit debitor nisi in quo non potest
invenire ullum peccatum Quis est autem
qui non habet debitorem fratrem in
quem nemo peccavit hic Et ite-
quis est i. et laudabimus eum cum scriptum
sit in multis offendimus omnes Et iuxta
Apostolum Omnes egemus gratia dei ac ideo si
quis velit sibi misereri dimittere a
deo studeat proximo misereri dimit-
tite inquit Christus et dimittetur vobis
Preterea ut ait Leo papa in quodam
sermone i. ... Nichil dignatus est
hominem ut sit homo sui auctoris imita-
tor et secundum modum proprie facultatis divine

operatione executor Igitur nichil censen-
dum est indignius nisi quod homo
non sit Christi imitator per regulam iusti-
Ethycorum Sicut propositum in proposito ita
oppositum in opposito quare cum dimissum
est a domino maius ne quis inveniatur
deus indignus debet dimittere proximo
quod est minus Item ait Leo papa in
sermone de appalcione domini In illo magni-
no summoque iudicio tanti estimabitur
vel largitatis benignitas vel tena-
citatis impietas ut pro plenitudine
omnium virtutum et per summa omnium viciorum
primum malum illi mittentur in ignem
eternum et per primum bonum isti introducuntur
in regnum hec i. Constat ergo quod ex-
cludendus erit a regno qui noluit mi-
sereri in se peccanti proximo Ad mi-
serendum autem tripliciter debet declinare di-
misericordie et multiplex offensarum con-
dicio et periculi propri cognicio quia dap-
nationis future interitus debet igitur
homo offensam proximo de corde di-
mittere debet unde alti magis qui pro
se appellavit magnam debet remittere si
vult gratiam et gloriam apud deum invenire
animalia quippe cetera felle et
elephas diu vivunt et tanto plus
quanto minus habent de felle rancoris
amaritudinis contra proximum vindicte
vitam diutinam et gloriam consequitur
Videntes autem servi eius id est
angeli qui referunt gesta hominum secundum
glosam interlinearem aut conservi hic est
iusti qui videntes crudelitatem hominum
erga proximos contristantur quia ad
eandem virtutem pertinet gaudere
de bono et tristari de opposito unde
david dicebat defectio tenuit me pro
peccatoribus licet autem deo nota
sint omnia antequam fiant eo quod omnia
complectitur uno mentis intuitu preterita
presencia futura actualia et possibilia
dicit tamen hic et venerunt et narra-
verunt domino cum narrare est dolores
et compassiones cordis in suo affectu
demonstrare ¶ Ex quo accipitur istud
documentum Angelica dignitas in custo-

diam hoim deputata sic de conversione
peccatoris letatur Ita oppressis pre sue tri-
sti commotione aut tribulancia con
pati de prima parte scripsit Origenes
Omelia lxxix. sic inquiens Agunt
angeli diem festum letantes super hys
qui refugientes consorcia demonum
per exercitia virtutum angelicas festinat
se consociare consorciis Et vitas ait
Gaudium est angelis super uno peccatore
penitenciam agente Secunda vero pars sic osten
ditur Nam secundum beatum Gregorium xxviii.
moralium Angelica spiritus recte dei mi
lites dicuntur quia debellare eos contra
potestates aereas non ignoramus qui
tamen certamina non labore sed imperio per
agunt Hec ille. Non est dubitandum
quin sanctis angelis tyrannides
et oppressiones hominum ipsis datorum in custo-
diam displiceat et deo cui semper assistunt
que omnia nosse ambiguum fiant non
dubitant ea que viderint insinu
ant Unde Thobie iii. Raphael an-
gelus dixit ad Thobiam Quando orabas
cum lacrimis ego obtuli oracionem tuam
domino Ex quo patet quod sicut dei an-
gelus habet complacenciam in bonis
operibus Ita displicenciam in malis Be.
Tunc vocavit eum dominus eius scilicet per penitenciam
mortis et dixit ei serve nequam omne
debitum dimisi tibi quoniam rogasti me
ubi attende secundum Crisostomum quod cum decem
milia talenta debebat non vocavit
eum nequam neque conviciatus est eum
sed misertus est cum autem conservum igitur
effectus est Tunc dicitur ei serve nequam
Nonne ergo oportuit et te misereri con
servi tui sic et ego tui misertus sum
Racio enim naturalis et ius condit
ut unusquisque faciat alteri quod sibi
vult fieri et quod non vult fieri sibi
alteri ne faciat Luc. vi. Et prima dis
ius naturale Et ideo secundum Crisostomum Ex
terrore videbatur preceptum aspicere de
buit lucrum quod factum est ei Et subdit
Si terrore videtur preceptum cogita pri
um si terrore videt illi dimittere qui
contristat hoc est terroribus incidere in

gehennam Unde sequitur Et iratus dominus
non per affectum sed per similitudinem effectus homines
irati tradidit eum tortoribus i. ministris
tarthareis sive demonibus secundum id
Ecclesiastici xx. in suo malivolo tortura
et compedes quoadusque redderet univer-
sum debitum i. perpetuum ubi semper
solvet et numquam persolvet sed semper
luet Ex quo accipitur istud do
cumentum In inferno licet sit debitorum
continua solucio imperpetuum tamen diabolus
ipsorum obligacio ait enim Bernhardus in
suis meditacionibus neque hic ibi qui tor
quet aliquando fatigatur nec qui torquetur
aliquando moritur sic enim ignis consumit
ut semper reservet sic tormenta aguntur
ut semper renovet Et paucis interpositis
Nichil aliud ibi audietur nisi fletus
gemitus planctus et ululatus me
rores atque stridores dencium nichilque
ibi videbitur nisi vermes et larwales
facies tortorum atque teterrima mon
stra demonum ubi vermes crudeles
mordebunt interna cordis Hinc dolor
inde pavor gemitus stupor et do
lor horrens ardebunt miseri in igne
eterno mentem et ultra In carne cru
ciabuntur per ignem In spiritu per conscientie
vermem Ibi erit dolor intollerabi
fetor incomparabilis timor horribilis
mors corporis et anime sine spe
venie et misericordie sic tamen morientur
ut semper vivant sic vivent ut semper mo
riantur Hibi Et idem ait in quibusdam
Omnis peccati ipsius et carnis quodammodo
similis videbitur esse condicio ut quem
admodum culpa semper puniri potuit
nec umquam poterit expiari Sic nec
in corpore aliquando tormenta finiri
nec corpus ipsum examinari valeat
in tormentis Hic. Item Gregorius decimo
moralium tractans id Job Terra mi
q̄m scdm v̄gine Nulla tante
virginis fuit gratie pricepis aut
esse poterit omnis em diuini
g̃me parens est vnica heci
Et scdm Bedam eadem voce ab
elyzabeth qua a gabriele bndi
cit q̄tus ⁊ angelis ⁊ hominibus
veneranda monstret Et bndict
fructus ventris tui hoc elyzabeth
addidit vltra v̄ba angeli q̄bus
v̄ginem bndicta p̄dicauit deh
fructu ventris dominū dicit q̄
nequaq̄m ex viro ℏ sola maria
processit Cui consonans grecus
dicit Solus hic fructus est be
nedict) q̄ et absq̄ viro et absq̄
peccō produciť Beda vero ait Iste
est fructus qui dauid promitti
de fructu ventris tui ponam sup
sedem tuā Et vnde inquit michi
q̄ veniat mat̄ domini mei ad
me q̄i dicat que mea iusticia
vel quibꝫ meritis meis illud ve
m sterili et semi et p̄m reputa
tom hom maledicte Ecce enim
vt facta est vox salutacionis tue

in auribus meis exultauit in gau
dio infans in vtero meo gaudet ei
de p̄ncia sponsi amicus sponsi Vn
Iohis .iii. dicit Amicus sponsi q̄
stat et audit ⁊ gaudio gaudet p̄pt
vocem sponsi Vnde pensandum ē
dicit exultauit in gaudio quia g̃
cia visus est interius et exulta
tonem ondit motu quodam cor
extius Et bta que credidisti Sic
em ap̄ta dei visio est btitudo par̄e
sic p̄fecta cognicō fidei et btitudo
par̄e sic p̄fecta cognicō fidei e vie
Iuxta id math .xvi. Beatus es sy
mon bariona q̄ caro et sanguis
non reuelauit tibi q̄m p̄ficiet
in te ea que dicta sūt tibi a domino
Ex quo scdm Ambro appatet
mariam nō dubitasse ℏ credidis
se et ideo fructum fidei cōsecuta
hec ipe Et ait Beda Dns redemp
tor mundi opacōm sua inchoauit
a matre vt p̄ quā salus omibus
pabat eadem p̄sona fructū sa
lutis hauriret ex pignore heci
Ex quo accipit istud doctū
fides xpi btm facit et sim̄ p̄o i
induat quod dns dixit beati qui
non viderut et crediderut fides
quippe vera ideo btm facit nam
multis bonis credentem p̄ficit ⁊
ornat Credē em vere et katho
p̄mo valet ad cognoscend diuina
sic lux ad videnda colorata scdm
illud Iohis .xii. Ego lux veni in
mundū vt omnis qui credit in me
in tenebris nō maneat Et ysaias
inquit Nisi crederitis nō intelli
getis Est em fides scdm aplm
rer sperandarū argumetū non
apparenciū q̄tus fides habeat meri
tum vbi racō huana non habet
exp̄imetu ac dum nō visa credit
credendo illa intelligat hinc est
quod ait Bnhardus sup cantica
s̄mone .xxviii. Fides tue sane p̄
bator esse videt cū credit nō q̄d
videt et aliquib inp̄ositis crede

et invenisti Nam crede invenisse est. Hec ille. Ex quo patet quod quanto quis magis katholice credit in deum tanto plus divina cognoscit Unde heretici qui cadunt a katholica fide divina nullatenus cognoscunt eo quod lucem fidei non habent sed in tenebris ambulant et opera tenebrarum operantur Secundo valet vere et katholice credere ad defendendum ea que quis in scripturis katholicis aut a sanctis doctoribus audivit vel que legendo et amando cognovit Unde propheta psalmo Credidi propter quod locutus sum quasi dicat quia fide cognovi et intellexi que divina sunt propter quod locutus sum et fidem pro meis viribus defensavi Huic apostolus consonat ii. Cor. xiiii. inquiens Et nos credimus propter quod loquimur In quo datur intelligi quod si quis ea que sunt fidei pro loco et tempore dum potest non defensat fidem negavit. Nam secundum sententiam Crisostomi Non solum ille proditor est veritatis qui transgrediens veritatem palam pro veritate mendacium loquitur sed etiam ille qui non libere pronunciat veritatem quam libere pronunciare oportet aut non libere defendit quam libere defendere convenit proditor est veritatis. xi. q. iii. Nolite timere Et ideo non excusatur quis si coactus quis negat ea que sunt fidei licet corde non negat primo peccat mortaliter Nam nulla coactione induci ad hoc debuit. xxxii. q. v. Omnium notat glosa. sed in dicto Canone Nolite quot sunt clerici isto tempore fidei proditores qui tueri fidem poterant et timore vel favore impediti defendere noluerunt Tercio credere vere et katholice valet ad impetrandum miracula Iuxta illud Mathei xxi. Si habueritis fidem sicut granum synapis etc. per fidem enim mentes transferunt ceci illuminantur leprosi mundantur mortui suscitantur et quicquid in sancta dei ecclesia fit miraculi illud fides operatur unde Marci dicitur enim Marc. ix. Omnia credentis omnia possibilia sunt credenti valet quarto etiam katholice credere ad sustinendum pacienter adversa Unde apostolus ad hebreos. xi. ait Sancti per fidem vicerunt regna et aliquibus interpositis loquens de martiribus sancti inquit hii omnes testimonio fidei probati inventi sunt Valet quinto ad vivendum in gratia sicut radix ad vivificandum arbusta Unde dominus Iohannis. vii. dixit Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aque vive Et apostolus ait iustus ex fide vivit Valet sexto ad vitandum extrema pericula secundum illud Iohannis. xi. Qui vivit et credit in me non morietur in eternum Et ad Romanos. x. dicit Apostolus Omnis qui credit in illum non confundetur. Valet ultimo ad adipiscendum eternalia gaudia secundum illud Ecclesiastici. ii. Qui timetis dominum credite illi et non evacuabitur merces vestra. Cum igitur ad tot et ad tanta fides valet katholica Beatus est qui vere credit Cum qui sic crediderit et baptizatus fuerit salvus erit Maria ultimo Sequitur Et ait Maria Magnificat anima mea dominum quasi dicat Ergo beata Elyzabeth tu me magnificas de bonis que vides in me sed anima mea magnificat dominum a quo sunt Magnificat anima mea dominum non tantum lingwa secundum illud psalmi Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea non quemadmodum illi de quibus propheta ait Ysaias populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me Et quia ad dei laudem sequitur exultacio secundum illud psalmi Exultabunt labia mea cum cantavero tibi et anima mea quam redemisti statim addit Et exultavit spiritus meus in deo qui solus bonus est. Luce xviii. in deo

salutari quia ad salute om hom
est necessarius / i eo quia michi ppri
us filius aut exultauit spus meus
in deo om peccatom salutari om
hom predeptom Cuntu est in eo
ideo venit vt omes saluos facet
lz inuitus et ingratus nullus sal
uabit sz singnter Exultauit in
deo salutari meo p eius cceptioz
et educatiom et sic virgo bta mag
nificauit dnm cui timor exultauit
in deo cui honor i salutari suo cui
amor Ex quo dat nobis intelligi
quod time debemus xpm offende
qz dns et ipm debemus honora
re quia deus ac eu ex toto corde
feruent dilige quia nobis saluta
ris Causam autem assignat que
sit deu magnificat Quia respex
humilitatem no dicit virginitatem
ancille sue ad amandu et sine
dum ex eo qz me creauit me re
demit me speciali gratia illustra
uit ex eo qz ex carne mea humi
litatem assumpsit imperium obliga
te / Ecce em ex h qz dignatus e
de celo in tram descendere et hu
militatez mea acceptare btaz me
dicent oms generationes iudeo
ru sz et gentiu diuitum et pa
perum Petebat quippe vt dicit
gregorius vt sic p supbia pmm pnt
mors in mundum intrauit ita
p humilitatem marie vita vite in
introitus pandet Et ideo dicit
oms generationes no solu Elyza
beth sz etia om credentiu natos
Hec ie O magna et preciosa marie
humilitas que deu hominibus peperit
vitam mortalibus edidit celos in
nouauit mundu purificauit pady
sum aperuit et hom animas libe
rauit Facta e em humilitas marie
scala celestis p qua deus desce
dit ad tram sz quid efficit quod
ita magnificauit dnm / Subdit qz
fecit michi magna In eo quia
in me carne assumpsit qz me ap

tato mundauit qz in dona spus sci
contulit qz virginitatez meam confirma
uit qz virginem concipi sine one
et puerpera sine dolore fecit fecit
mirum magna qui potens est (alius
em non potuisset id fecisse sz ipse fecit
qz omnipotens et scm nome eius
Vbi dat intelligi qz cu xpus deus
nr sit omnipotens est metuendus
qz vere scus est vt scitatem sua
nobis communicet deprecandus Et mia
eius hc est dei a me inchoata exte
dit a progenie iudeor in proge
nies gencium Saluus em ex iudeis
est Johis iiij quia ibi incepit esse
predicatio salutis scdm id Actuu
.xiij. Vobis oportebat pmu loqui
vbm dei sz quia repulistis illud et
indignos iudicastis vite eterne ecce
conuertimur ad gentes Prius em mia
dni tm iudeis fuit onsa scdm illud
psalmi Notus in iudea deus sz mo
mia domini plena e terra Et ideo
dicit Et mia eius a progenie in p
genie timentibus eu sm id Malachie
vlt Orietur vobis timentibus sol iusti
tie Ex quo accipit Cu quamuis
mia domini plena sit tra Inuenit
tame locu no lz eo qz pp malitiam
tiam multor videtur quasi ee abre
uiata lz pro infinitam mnaz ad
omnem hominem sit extensa Fecit
potentia in brachio suo .i. i xpo di
filio sm Bedam Sic em cuiu bra
chiu est p quod operaris sic brachiu
dei dcm est eius vbu opatus est
mundu h ipse hc est brachiu deus
ysaie .liij. Brachiu domini cui reue
latu est dicit itaqz dei filius bra
chiu quia sic a corpore exit bra
chiu et ab vtroqz spus scus Dis
persit supbos mente cordis sui hc
est cogitationibus mentem elatam no
parente eius aduentui Vel dis
persit supbos hc est demones qui
expeditos obedientie sue restituit
pro vt vult sm alit Cyrillus Ve
lint em nolint oportet qz adno

dom̄ se mẽtient eo q̄ ei om̄e ge-
nu flectit celestiū terrestriū ⁊ infno-
rū Vel potest s̄m theophilū hoc
de iudeis intelligi quos in omem
regionem dispsit sicut nūc dispsi sūt
Deposuit potentes de sede et ex
altauit humiles Magna enī vt ait
cyrillus sapiebant demones et
gentiliū sapientes phariseī et scri
be tamē deposuit eos et eos q̄ humilian
tes se sub potenti manu eius dās
eis v̄tutē calcandi serpentes et scor-
piones omnēq̄ p̄tatē inimici Esu-
rientes h̄ est iustos paupes im-
pleuit bonis sc̄ spualib᷒ que s̄t
simpliciter bona et diuites hoc ē
diuicias amantes inmoderate di
misit inanes .i. vacuos donis spi-
tualib᷒ Vn̄ dicit glosa Qui eterna
toto studio desiderant saciabunt
cū xp̄us apparuerit in gloria Sed
qui terrenis gaudent in fine totius
btitudinis inanes dimittunt Sus-
cepit isrl puerū suū hoc est obe
dientem s̄ et humilem vt faceret eū
isrl .i. deū videntē Nam qui co
temp̄nt humiliari non p̄t saluari
Recordatus mīe sue hoc est pro
missionis misericordie sue Facte quia
q̄ redemit hominem non meritum
est hominis s̄ donū diuine pietatis
cuius mīe videbat in carnacionē
differendo q̄i oblitus Sic locutus
est ad p̄res n̄ros abraham cui
p̄mo facta est promissio Gen. xxii.
Cui dc̄m est in semine tuo benedi-
centur omnes gentes Et semī eius
sc̄ dauid cui dc̄m est De fructu
ventris tui ponā sup sedem tuā
vsq̄ in seculū q̄ sc̄dm gloiaz ipa
promissio hereditaria nullo fine clau
detur ⁊ vsq̄ in fine seculi credentes
non deerunt et btitudinis gloia eit
p̄hennis Semī aut̄ dicit s̄m Beda
non carne progenitis q̄m fidei eius
vestigia secuti quib᷒ adventus
saluatoris in secula est promissus
Mansit autē Maria quasi tribus

mensibus tamdiu q̄mdiu elyzabeth
pariendi tempus impleret Nam vt
ait theophilus In sexto mense co
ceptionis p̄coris venit angelus
ad mariam que mansit cū elyza
beth mensibus tribus ⁊ sic nouem
menses implent Cū aut̄ elyzabeth
paritura erat v̄go recessit sc̄dm theo
philū Vn̄ sequitur Et reuersa est in
domū suam sc̄ p̄pt̄ multitudinē q̄
ad partum congregari debebat In toue-
mens aut̄ erat in talibus v̄ginem
ēē p̄ntem Cui alludens Gregorius
inquit Nos est cedē v̄ginibus
quocies pregnās parit Ex hoc
autem q̄ v̄go beata de domo sua
ad exhibendū pietatis officiū et
impleto in domū suam est reu̇sa
Elicitur documentū istud q̄ ad h̄ debz
omnis homo intendē vt feliciter ad
suū p̄ncipiū h̄ est deū redire va
leat vnde venit Vn̄ Arles in
libro de pomo et morte Beata
est anima que l̄z posse redeundi
ad priam vnde venit Ve autē
anime peccatrici que non habet pos
se redeundi ad priam vn̄ venit
turpia enī opera et delectacōes
impediunt ascensum eius sursū
Sic igitur deceamus intinē vt ad
priam ad quā creati sumus rediē
in dei gr̄a valeamus Qua nob
p̄starē dignetur dei filius p̄ secu
la benedictus Amen

Rogabat ihm̄ quidam
71 phariseus vt mandu
caret cū illo Luce. vii.
Virtus et vera sapia patris et
in ip̄e dei filius in magnitudie
infinitus i v̄tute omnipotēs i sa-
piencia i estimabilis i consiliis t
ribilis in iudiciis iustus in cogi
tacionib᷒ secretissimus in v̄bis ve-
rax in opibus sctus in misericor
diis copiosus erga penitētes pi
issimus rogatus a phariseo man
ducare dignatus est cū illo Et i
gressus in domū pharisei discubuit

Rogatus etem venit. Nam adeo
se amicum hominibus exhibuit ut
eos ad penitenciam provocaret. tum
phariseis ut superbiam eorum reprimeret
tum iustis et amicis suis dilige-
tibus ut amorem eorum nutriret et
augeret. tum pauperibus egenatis ut
eorum inopiam suppleret. Ecce hos-
tes magnus accedit rogatus qui
est quia se invitat libenter et de-
uote est suscipiendus quoniam ipso ve-
niente cuncta bona veniunt. Sicut
ipse dixit sapiens venerunt michi
omnia bona pariter cum illa scilicet sa-
piencia Sapiencie vij. Quid enim non
habet qui deum habet qui summe est
bonus et de se sibi bonus et ipse
nostrum summum bonum. A quo si quis
recedit statim est malus. Quare
si ipse est beatitudo nostra quid rece-
dendi ab eo veniet nisi miseria
Ideoque rogandus est ut veniat
et manducet nobiscum. Ipse enim ait
Apokalipsis. Ego sto ad hostium et
pulso si quis michi aperuerit veni-
am et cenabo cum illo cum quo man-
ducare aut cenare non est aliud
nisi in illo manere. Ex quo ac-
cipitur istud documentum. Tam pius est
dominus et misericordiis copiosus ut
rogatus humiliter et devote sine
mora dignatus in cor hominis de-
scendere. Quod sic ostenditur. Cum
enim ut ait Augustinus libro primo
de meritis et remissione peccatorum
non ob aliud tamen apparet dominum
nostrum ihesum christum in carne venis-
se ac forma servi accepta factum
obedientem usque ad mortem crucis
nisi in hac dispensacione miseri-
cordissime gracie ut omnes quibus
tamquam membris in corpore con-
stitutus caput est ad capescen-
dum regnum celorum vivificaret
saluos faceret liberaret redimeret
et illuminaret. Hec ille. Quo contritu
et humiliatu propter quod venit de-
spiciet aut quo tardabit ascendere
qui propterea hoc ut descenderet pulsa-
uit. Istud desiderans idem Augustinus
in libro de spiritu et anima capitulo tercio
ait. Nemo de dei pietate diffidat
quoniam maior est eius misericordia quam tua
miseria et quisquis ad eum toto cor-
de clamaverit exaudit illum
quia misericors. Et subdit. Tardius
siquidem videtur ei peccatori veniam
dare quam ipsi peccatori accipere. Sic
enim festinat absoluere eum a tormen-
to conscientie sue quasi plus cruciet
eum passio miseri quam ipsum miseri
passio sui. Hec ille. Et Richardus
loquens de misericordia dei in pe-
nitentes super cantica sermone x.
sic inquit. Gemina dulcedo ex-
uberat in pectore domini ihesu lon-
ganimitas videlicet in expecta-
do et in donado felicitas. Hec ipse.
Cum ergo cor ad recipiendum tantum
dominum est dispositum mox intrat
illuc christus ad habitandum. Nec mirum
quoniam si statim materia sufficienter
disposita mox recipit formam
cum perfectius opus sit dei quam
nature anima sufficienter per penitu-
dinem disposita huius hospitis est
receptiua. Sequitur. Et ecce mulier
que erat in civitate peccatrix dicitur
mulier scilicet maria magdalena sed
eam ex proprio nomine non nominat
quia tunc in statu culpe erat. Pos-
tea tamen in statu gratie maria nomi-
natur que erat in civitate peccatrix
ubi multi sunt et diuisi. Ex quo
colligitur quod multos traxerat
ad peccata dulci alloquio ornatu
pompatico aspectu venenoso con-
tactu inverecundo / convictu et contrac-
tatu lascivo intersignio et exenio
amoroso. Hiis enim peccatrices cor-
da multorum inficiunt atque tollunt.
Unde de peccatrice scribitur Ysaie xx-
iij. Sume cytharam circui civitatem
meretrix oblivioni tradita. Non enim
tali remansit dei non parentum nobi-
litatem non status feditatem non corpo-

ris inferiorum non persone infamia
non dampnacionem perpetua ¶ Exemplum
assumitur secundum documentum Mulier
non timens deum sed tantum intubens
ornatibus melodiis saltibus et aliis
mundi carnisque voluptatibus est for-
nicatis est quasi sagena dyaboli qua
multi in dampnacionis precipicium
pertrahuntur omnis enim talis mulier est
ianua dyaboli via iniquitatis scor-
pionis percussio que tum primat
stimulat et igne flammigero constanter
contingentes vel aspicientes exurit
De carbonibus siquidem scintille di-
siliunt de ferro rubigo mittitur Nunc
blanditias exhibet ut attrahat
nunc incautum effluit ut cor amatoris
emolliat fauus quippe distillans
labia meretricis et nitidius guttur
eius oleo In fauo enim ut ait hugo
in libello ad socium volentem nubere
Sunt duo mel et cera et in facie meretri-
cis similiter duo scilicet decor et gracia
hec est pulcritudo oris et dulcedo ser-
monis cera succendit igne mel pre-
bet dulcedinem Sic pulcritudo me-
tricis igne libidinis inflammat
carnem blandimenta vero sermonis
cor concuciunt Et aliquibus interponitur
diligit mulier ut decipiat decipitur
ut capiat amatur quod habes non quod
es hec ille Sed quid moramur necesse
est in probacionibus cum scriptum sit propter
speciem mulieris multi perierunt verum
tamen quid est turpius quid iniquius
quam membra christi facere membra me-
tricis xxxii. q. iiii. Meretrices ille
execrabiles quam de templo dei fa-
cere tugurium dyaboli in quo demo-
nes saltant et herici inhabitant
et sirenes xxxii. q. v. Et paulus
sine templum inquit apostolus dei
est quod estis vos et omnis fidelis
est membrum spirituale christi Omnes enim
ut ait idem apostolus sumus unum cor-
pus in christo et si forsan tales de quibus
dictum est amberes et huiusmodi ama-
trices ardentes virorum a contactu car-
nis sint immunes Nichilominus tamen
quia mentaliter in amore carnali et in
diversorum virorum aspectibus delectantur
vere peccatrices dicuntur Nam et dicitur
quod plures amatores habeant gloriatur
meretrix aut est que multorum
libidini patet xxxiiii. dis. Vidua proposito
isto induatur id quod ponit beatus
Gregorius xxi. moralium ubi de men-
tali et corporali luxuria perpetrat
sic inquiens Malum luxurie aut co-
gitacione perpetratur aut opere hec ipse
Sed hec tunc que erat in ciuitate magna
et nominata peccatrix postea tamen
beata et nunc sancta et multis aliis
prelata Ut cognouit quod accubuis-
set scilicet ihesus in domo pharisei attu-
lit alabastrum vngenti i. vas de a-
labastro vngento plenum et est la-
pis marmoreus in quo incorrupta
servantur vngenta quia enim vngentis
utebatur in malo voluit eis uti in
bono Et stans retro secus pedes
eius lacrimis cepit rigare pedes eius
et capillis suis tergebat et oscula-
batur pedes eius et vngento vnge-
bat quia enim peccata eius erant magna
in lacrimarum habundancia ostenderit
quod de peccatis habuit dolorem maximum
quia vero erant manifesta effert do-
lorem in publicum stat retro quia
erubescit quod bibit de flumine babilonis
quod siliquis porcorum affectum suum re-
pleverat quod ex [illegible] viis dyaboli indu-
ta erat quod p[illegible] deo delectabili tri-
sti dyabolo [illegible] adhesit quod in omne
tamen quod delectat preterit et in-
crebat ei etiam quo cruciata erat
quod amatori purissimo fedum posuit
quod peccando contra se et omnem crea-
turam in odium prouocauit quod tempo-
ra sua in spurcicia dyaboli consumpsit
quod vana vanis non quesiuit quod occa-
sio predicionis multorum facta pulcri-
tudine ornatu meretricio sensuum eua-
gacio extento collo eleuato supercil-
io et visu venenato extitit stat se-
cus pedes quia erubescit ante fa-

nem apparere venit ad fontem la-
crimarum ut multorum indulgentiam
peccaminum obtineret oculi eius la-
crimis affluunt qui quondam ad
luxuriam mouebantur olim capil-
los ad decorem composuerat et cri-
nes crinuoluens variis ligaturis
ut intuencium in se provocaret
aspectus et sparserat iam eos spar-
git Christi rigatos pedes lacrimis
extergit os quod dulcibus osculis suis
amatoribus exposuit et eos plibi-
dinem pertraxit in pedibus salua-
toris figit vngentum quo vtebatur
ad odorem et nitorem mollicie et
immundicia ut eo firmius deliba-
ta suis amatoribus conplaceret pedes
redemptoris inunxit et sic quic-
quid fecerat ad incitamentum libi-
dinis conuertit ad officium pietatis hu-
ius beate peccatricis legimus lacrimas
sed confessionem non legimus quomodo
accusatione non indigent quoniam sunt
manifesta et euidencia peccata
ti sceleris non indiget clamore
accusatoris. Tacens etenim ore sed
vel modo simili corde clamabat
O domine cui proprium est misereri et
parcere qui venisti vocare non ius-
tos sed peccatores noli indignari a-
calle tue quod me importune inge-
ro quod inter conuiuantes flendo
perturbo. Non enim amplius dif-
ferre urgente me dolore
potero urget ... necessitas
augit angustias conturbat a-
maritudo terret formido moles
peccatorum premit urinis consciencie
rodit ego miserior omnibus domine sum in-
felix femina mulier misera fe-
tens corpore feda mente plena
sceleribus onerata peccatis Domine qui
es in misericordia copiosus tu scis ini-
quitatem meam et delicta mea a te
non sunt abscondita non intres me-
cum in iudicium quia in conspectu
tuo non iustificabitur omnis viuens
nam in conspectu tuo et celi non

sunt mundi et in angelis est reperta
iniquitas non secundum iniquitates
meas magnas multas graues et
grandes michi tribuas sed secundum tuam
infinitam et ineffabilem misericordiam me-
mor esto mei domine quia quamuis
magna sit impietas mea intole-
rabilis tamen maior est misericordia tua
peccat quod miserabiliter perpetraui
non peccat quod miserabiliter fecisti
pie Ihesu pastor bone non repel-
las indignam non spernas afflic-
tam. Tu enim dixisti quod ad me
veniet non eiciam foras propicia-
re misere qui ut miserearis pro
miseris venisti digna quidem
sum confusione perpetua et dampn-
natione ad te tamen accedo et ex-
nunc dyabolo et pompis eius
renuncio et ab eo cum proposito fir-
mo vlterius non committendi peccata
recedo quia tu mutas sinas
siquis suam peruersam mutauit
voluntatem de cetero enim nolo pec-
care nolo tecum contendere nolo ama-
tores alios querere nisi te purissimum
amatorem qui es speculum sine
macula in quod angeli desiderant
semper prospicere et iam ab omnibus
te iuuante recedere totaliter volo
Videns autem phariseus de falsa iusti-
cia superbus nulla compassione mo-
tus et sue fragilitatis oblitus cum
tamen sit scriptum ad Galathas v. Co-
siderans teipsum ne et tu tempteris
videns eam plorantem non compaciens
contra illud ecclesiastici vii. ne desis plora-
tibus in consolatione Ait intra se id est
occulte contra hospitem suum murmu-
rando contra id prime petri iiii. hos-
pitales inuicem sine murmuratione
dicens hic si esset propheta sciret utique
que esset persona et qualis i vita
quia peccatrix est ~~persona~~ et
ideo non debet se permittere tangi
Ubi colligitur quod si hec mulier ad
pedes pharisei procidisset repulsa
ab eo discessisset sed venit ad eum

qui non vult mortem peccatoris sed ut ma-
gis convertatur et vivat qui facit nun-
dos de inmundo conceptus semine et de
peccatoribus iustos et sanctos Quibus at
phariseus falso et apparenter iustus
reprehendit peccatricem ut medelam
anime a salvatore recipiat et ut mi-
sera apud consolatorem consolacionem
inveniat ¶ Ex quo assumitur documentum
Non numquam videtur apud homines re-
prehensibile quod tamen deo est acceptum
sed nam homines de dei iudicio mul-
ta ignorant. In cedum enim que nos
laudamus ille reprehendit et que nos
reprehendimus ipse laudat. xi. q. i. c.
Sacerdotibus in fine Item dei iudicio
quedam que hic puniuntur in futuro
non puniuntur potest enim esse pu-
nita peccata contricione maxima cuius
magnitudo hominum et quantitas huma-
no iudicio non est subiecta Igitur cum
in hoc diversum sit dei et humanum iudi-
cium Non mirum quod homines iudi-
cant peccatorem esse iam per dei graciam
iustificatum Item deus bis non iudi-
cat in idipsum quod iuste et sufficienter
in presenti est punitum non punitur
in futuro de penitentia dis. iii. c. Aucto-
ritas sed iam stat esse punitum peccatum
per dolorem sufficientem quod homines
ignorant igitur quo ad suum iudicium
adeo in hoc diversificantur. Preterea
verum est iudicium iudicare primo con-
scienciam propriam et postea alienam
. iii. q. vii. Postulastis et capitulo
sequenti Sed multi dimittunt exami-
nare propriam et iudicant alienam
Non mirum ergo quod in cedum incul-
pant quod laudare debebant hic
Augustinus super psalmo centesimo. xlvii. Dif-
ficile est ut de se quisque perfecte iu-
dicet fratres mei quantumlibet homo
proficiat quantumlibet se ad anteriora
extendat et peccata obliviscatur ia
dixit sibi bene est procedit regula
de thezauro dei examinat ad liqui-
dum et quis gloriabitur castum se
habere cor et quis gloriabitur mundum

se esse a peccato. Het ille Hoc si pharize-
us prependisset contra egram medicinam
querentem anime et contra medicum
curare nitentem murmurasset Et videns
ihesus ait illi Symon habeo tibi
aliquid dicere ad cogitata respondens
ut ostenderet quod vitam mulieris non
ignorabat qui cogitacionem phari-
sei plenissime cognoscebat eo quod
oculis eius omnia nuda sunt et a-
perta Het ille ait Magister dic Duo de-
bitores erant cuidam senatori unus
debebat denarios quingentos alius
quinquaginta videlicet phariseus et
maria aut gentilis populus et iu-
daicus sive publicanus qui multos
scandalizavit et occultus peccator
quorum unus plus peccaverat et
alius minus non habentibus illis
unde redderent quia nullus peccatorum
absolui potest propriis viribus absque gracia
dei. Iuxta id Iohannis. xv. Sine me nichil
potestis facere donavit utrique i. do-
num contricionis dedit per quod debitum cul-
pe dimisit ¶ Ex quo accipitur istud
documentum libertate sua potest homo
in peccatum cadere non tamen ab eo absque
speciali gracia potest viribus suis resur-
gere Istud probat Bernhardus in libro
de libero arbitrio ubi ait posse pec-
care datum est homini non ut peccaret
sed ut gloriosior appareret si non pec-
caret cum peccare posset Et idem ibi-
dem Datum fuit voluntati posse sta-
re ne caderet non tamen resurgere
si caderet non enim tam facile quis
valet exire de fovea sicut in ea la-
bi Het ille Sed queres utrum homo
libertate sua potest vitare peccatum Ad
quod videtur Augustinus in libro de per-
feccione iusticie capitulo primo Vita-
ri posse peccatum si natura viciata
sanetur gracia dei per ihesum xpistum do-
minum nostrum In tantum enim sana
non est in quantum id quod faciendum est
aut cecitate non videt aut infir-
mitate non implet dum caro con-
cupiscit adversus spiritum et spiritus

ad v sua carne vt ea que vult ho
non faciat Et idem in libro de natura
et gratia sic inquit. potest peccatum caue
ri sed opitulante eo quo non potest fal
li Item querentes Vtrum sapiens pec
care potest Ad hoc Videtur Aug. tertio de
libero arbitrio Sapiens peccat si
se auertit a sapientia sic enim preceptum
non est ab illo cui precipitur sed ab illo
qui precipit Sic sapiens non est ab
illo qui illuminatur sed ab illo qui illu
minat. hec ille. Ecce de sapiente si de
serit sapientiam fit stultus / Ecce quis
cadit libertate arbitrii viribus suis
non resurgit / Ad hoc enim quod culpa
expellatur non solum necesse est quod gra
tia introducatur verum etiam quod liberum
arbitrium conformet se expulsionem
culpe per detestationem omnium peccatorum
hinc est quod in iustificatione pec
catoris concurrit actus liberi arbi
trii gratia gratis data que excitat
liberum arbitrium et gratia iustificans
simul que fuit tempore secundum Thom
et petrum iiii Sententiarum dist. xvii. Gra
tie infusio motus liberi arbitrii
contritio peccati remissio Quis ergo
inquit dominus eum plus diligit sed
creditore vtrique debitori condole
tem et respondens symon dixit
estimo quia is cui plus donauit.
Consuetudo enim erat donum vt
ex datis vel concessis contra aduer
santes se concluderet. Vnde sequitur
At ille dixit Recte iudicasti Vbi
instruimur quod rectam rationem cuius
cumque sit approbare debemus Non est
enim bonum aut rectum nisi a deo /
Et conuersus ad mulierem scilicet per miseria
Deus enim a peccatoribus auertit fa
ciem suam Secundum illud deuteronomii
xxxi. Abscondam faciem meam
ab eis sed ad penitentes se conuer
tit Iuxta illud prophete Conuertimini ad
me et ego conuertar ad vos Intraui
in domum tuam in quo magnam
gratiam tibi feci Vnde pro magno
illud promittit Iohannis xiiii. Ad eum

venienius et mansionem apud eum facie
mus Aquam pedibus meis non dedis
ti quod tamen consuetudine est hos
pitalitatis Vnde Abraham Genesis
xviii dicebat angelis Afferam pa
xillum aque vt lauentur pedes vestri
Hec autem lacrimis rigauit pedes
meos quarum aqua est preciosior visua
li quia de humana procedit natura
Et capillis suis tersit qui tamen
quasi sunt precipuus ornatus mulierum
osculum mihi non dedisti in signum caritatis
et pacis quod solebat dari hospi
tibus ymo contra me murmurasti
Hec autem non cessauit osculari
pedes meos Similiter oleo caput
meum non vnxisti hec autem vnxit
non caput sed pedes qui sunt igno
bilior pars corporis in signum deuotionis
Ex quo accipitur istud documentum
habundans diuitiis si cupit obtinere
in presenti veniam et gloriam in futuro
debet retro pedes ihesu stare riga
re ipsos lacrimis capillis extergere
osculari et vngere Pedes quippe do
mini sunt pauperes qui sunt inferior
pars corporis misticum ita quod retro
stare dicitur cum manus pia et
adiutrix eis porrigitur Sed proh do
lor de multis impletur illud psalmi Cum
vidue non ingrediuntur ad eos Tunc
lacrimis rigatur cum miseris compatitur
sic fecit Iob xxx Flebam quondam
super eum qui afflictus erat et compa
tiebatur anima mea pauperi Capil
lis rigatos pedes tunc tergit cum
per temporalium communicationem miserie eorum
releuantur Exemplum in Iob qui de
se ait Si comedi buccellam solus
Et Thobie iiii. legitur Si multum
tibi fuit habundanter tribue Istud
non didicit diues epulo qui se
pultus est in inferno Tunc osculum
dare intelligitur quando pie pauperes
alloquitur Tunc vngere dicitur quando
cum hylaritate vultus miserie pau
perum consulitur et ipsorum necessitas sub
leuatur Ostenso igitur quod penite

tem racionabiliter admiserit ex cius predictis Subdit propter quod remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum Ubi ponderandum Non non dixit dilexit multum quoniam dimissa sunt ei peccata multa quia dilexit multum quia remissio non est causa dilectionis sed dilectio est causa remissionis iuxta id apostoli Caritas operit multitudinem peccatorum Subdit cui minus dimittitur minus diligit quoniam et si aliquando magis diligit cui minus dimittitur et minus diligit cui dimissum est magis propter maiorem vel maiorem graciam que gratis apponitur Ex causa tamen remissionis tenetur plus diligere cui magis dimittitur Verbum igitur domini ceteris paribus debet intelligi Unde et si deus beate virgini minus condonauit tamen incomparabiliter plus ei donauit quam magdalene et ideo plus debuit deum diligere et dilexit Ex causa ergo dimissionis tenetur quis plus diligere teneatur Dixit autem ad illam remittuntur tibi peccata non dixit remitto causa docende humilitatis et vitandi scandali phariseorum astancium licet et ex hoc pharisei sunt scandalizati Unde sequitur Et ceperunt qui simul discumbebant dicere intra se Quis est hic qui eciam peccata dimittit et dimittere peccata est opus est solius dei Ysaie xliij Ego sum qui deleo iniquitates tuas Ecce secundum Gregorium que ad medicum egra venerat sanata est Sed de salute eius adhuc alij egrotant Ex quo loco duo accipiuntur documenta Unum quod deus solus peccata dimittit Isidorus de con. dis. iij. Nemo tollit peccata mundi nisi solus xpus qui est agnus tollens peccata mundi Tollit quippe secundum Augustinum libro primo contra Julianum dimittendo que facta sunt ubi et originale peccatum continetur et adiuuando que facta sunt ubi et originale peccatum continetur et adiuuando ne fiat et perducendo ad vitam Et ambrosius Verbum dei dimittit peccata sacerdos est iudex i. minister ministerio enim suo auctoritate peccata dimittit de con. dis. iij. Aliud Notat autem archidyaconus in canone Remissio i. q. i. Quod tribus modis ipsa culpa peccati dimittitur per auctoritatem ut in Canone Euidenter Item ministerium ut in canone Sic vigeat et ministrantes mitti sed solum solius bonum sacerdotis Sed tu dices Quid ergo sacerdos dimittit Archidyaconus in capitulo ultimo xxiij. q. v. Inducit quosdam qui dicunt Quod cum peccator dupliciter ligatus tenetur scilicet cecitate mentis et debito eterne dampnacionis alterum i. future pene debitum dimittit per sacerdotem per sacerdote i. officium sacerdotis Alterum vero operacione diuina dumtaxat et ita secundum istos alterum facit per se vel secundum Jeronimum Sacerdotes dimittunt peccata vel retinent dum dimissa vel retenta ostendunt vel indicant ligant eciam sacerdotes dum satisfaccionem pene confitentibus imponunt Soluunt cum de ea aliquid dimittunt vel purgatos per eam ad sacramentorum communionem admittunt vel ligant cum adhibentes claues discrecionis excommunicando ab ecclesia separant Soluunt cum absoluendo ecclesie reconciliant Hec secundum Archidiaconum in dicto capitulo circa finem Preterea accipitur et aliud documentum ex loco premisso Ex opere bono nonnunquam quidam edificantur et alij infirmantur Nam secundum apostolum xpi odor alius est odor vite in vitam aliter enim bonus aliter malus iudicat Unde Crisostomus super Mattheum Sicut difficile aliquod suspicietur malum qui bonus est Sic difficile aliquid suspicietur bonum qui malus est Quomodo enim in mente quis apud se est dispositus ita de alijs iudi

cat. Si enim pauper es mali et detrac
tores vilem et abiectum te reputat
si dives ambitiosum avarum et cupi
dum si affabilis dissolutum Si predica
tor vel doctor honoris et humani fa
voris quesitorem si tacens inutilem
si ieiunas ypocritam si manducans
voratorem Sententia est beati Bernhardi in quo
dam sermone Item Qualis homo
est taliter iudicat de altero Unde Cris
sostomus super Matheum xxi capitulo Omnis homo
se estimat alterum fornicarius neminem
putat castum castus de fornicario non
facile suspicatur superbus neminem
putat esse superbum Sic qui non est
ex deo Hec ille Quia ergo superbi et
invidi et homines curiosi ad instar ara
nee que quidquid invenit in venenum
convertit Et si bona vident quempiam
agere pervertunt vel sinistre interpretantur
Dixit autem ad mulierem Fides tua
te salvam fecit vade in pace Ihesus
quippe dixerat phariseo remittuntur
ei peccata multa et postea repetiit
remittuntur tibi peccata multa ut per ser
monem ad illam conversum de re
missione peccatorum eam redderet cer
ciorem Iam dicit Fides tua te sal
vam fecit vade in pace quia liberata
es ab interiori conflictu quo anima
tua torquebatur et conscientia punge
batur eo quod non est pax impiis Et
david dixit Non est pax ossibus
meis a facie peccatorum meorum Nos igitur
qui in multis delinquimus exem
plo huius beate peccatricis vere amore
quod de siliquis comedimus dyaboli
ingemiscamus lacrimis lavemus nostre conscientie
abstergamus peccata vite emenda
cione simus intus et extra dispositi
ut ad amplexus et oscula creatoris
mundissimi Christi Ihesu cum devocione
et fervore accedere possimus et tan
dem revelata facie videre in celesti
bus valeamus Quod nobis prestare
dignetur qui de peccatoribus facit ius
tos per secula Christus benedictus Amen
De exaltacione sancte crucis sermo

72 Nunc iudicium est mundi Iohannis
xii Quoniamis secundum augustinum
in sermone secundo de circumcisione domini
potuerat deus hostem humani generis
sola maiestate prosternere sine in
carnacionis humilitate et sine crucis
passionis homo tamen qui propter trans
gressionis crimine tenebatur obnoxius
qui per culpam suam incurreret ser
vitutem non violencia liberandus
fuit sed iusticia redimendus secundum ipsum
Qua propter dei filius formam hominis
assumpsit et humilitate superbiam
sapiencia maliciam et infirmitate cor
porali potestate Apostate qua tene
bat primum hominem cum postea de
vinceret ipsum quia passione humani
generis qui in fraude mercatus est
iusto redempcionis titulo deiceret
et universis spoliis a bilibus que tamen
ad salvandum sue fortitudinis dex
tera spoliaret et obhoc in stante
sue passionis crucis licet non sit
dolor cum minimi magnitudine hu
manum genus redimere decreverat
amorem tamen que ad salutem
hominum habuit continere non valens in
quit Nunc iudicium est mundi quasi
dicat Tempus venit quod non pas
sim hostis humani generis potestatem
habebit absorbendi fluvium hoc est totum
genus humanum dampnacionem eterne
obnoxium Nam nunc iminet tempus
passionis mee in cuius virtute multi
salvabuntur cuius eciam virtute quidam
retenti dampnabuntur et sic erit iudi
cium discrecionis quia boni a malis
et filii dei a filiis dyaboli discer
nentur Ex quo colligitur istud do
cumentum Dileccio dei discernit fi
lios dei a filiis dyaboli Iusto
indicat id est augustinum super illo Iohannis
prime epistole In hoc manifesti sunt
filii dei a filiis dyaboli ubi sic ait
Dileccio sola filios dei a filiis dya
boli signent se omnes signo crucis
respondeant omnes Amen cantent
omnes intrent ecclesias impleant

parietes basilicarum non discernuntur
filii dei a filiis dyaboli nisi caritate
qui habent caritatem nati sunt ex deo
qui non habent caritatem non sunt
ex deo qui non habent caritatem
nati sunt ex deo magnum iudicium
magna discretio quidquid vis ha
bere hoc solum non habeas nichil
tibi prodest, alia si non habeas hoc
habe et implesti legem. Hec ille. Vere
quia plurimi putant se deum diligere
cum sint filii ire dei. Intelligunt
quia secundum eundem Augustinum in libro de
beata vita. Ille deum diligit qui suis
in omnibus mandatis obtemperat
deum diligit qui leges eius et pre
cepta custodit deum diligit qui
se vult ut sanctus est et ipse sanctificari
Sicut scriptum est Sancti estote quia
ego sanctus sum deum diligit qui
diligit bonum et odit malum deum
diligit qui non aliud quam celes
tia cogitat et divina deus enim
non nisi sanctitatis et iusticie et pie
tatis amator est. Quid sit enim
deum diligere salvator declarat in
quiens Qui audit verba mea et
facit ea hic est qui diligit me secundum
ipsum. Si ergo ille deum diligit qui
quod deus precepit facit constat quod
qui frangit sua precepta non dili
git et hoc est signum quo vasa gracie
a vasis ire discernuntur. Subdit Nunc
princeps mundi id est malorum hominum
qui sunt in mundo. Appellantur enim
hic mundus secundum Augustinum in omelia
et allexandrum homines mundani quorum
princeps est dyabolus non quo ad
naturam sed quantum ad precellenciam
in culpa. Ipse enim est rex super omnes
filios superbie Job decimo quarto
de hoc principe dicit xpistus quod ei
ciendus erat foras de mundo non
quidem de mundanis hominibus quorum
caput et princeps est in quibus quo
diu sue servituti sunt obnoxii reg
nat ab interius sed tunc quando ad
xpistum conversi iniquitatem et iniustic

non ad oculum non per dolorem fictum
sed vero corde totaliter convertuntur
Istorum amplius non est princeps
eo quod virtute sue passionis per pe
nitentie digne lamenta de quorum
cordibus est eiectus. ¶ Ex quo
accipitur istud documentum de istorum
cordibus per confessionem sacramen
talem dyabolus princeps vitiorum
eicitur qui humiliter se accusant nec
se confitendo ostentant vel ex
cusant aut attenuant aut alios
inculpant vel accusant sed se po
nunt totaliter in potestate et iudicio sa
cerdotis patet veritas huius Nam
tales in iudicio dei positi nichil
voluntati proprie reservant sed
iudicio xpisti vicario qui ad hoc est
institutus se summittunt et ob hoc
cum ad versum se iniusticiam suam
confitentur iuxta prophete sententiam
misericordiam consequuntur Unde
Augustinus in libro de vera et falsa pe
nitencia sic inquit Ponat se
omnino in potestate et iudicio sacerdotis
nichil reservans sibi ut omnia
eo iubente paratus sit facere pro
recipienda vita anime que quisque
faceret pro evitanda corporis
morte quia cum gaudio vitam re
cuperat infinitam. Hec ille. Qui ergo
secundum Gregorium viii moralium Ma
lum quod perpetrat insinuat sed
ferre que insinuavit recusat quasi
subducta veste vulnus detegit sed
torpente mente medicamenta
vulneri non apponit. Plerique eciam
homines ut ait Gregorius xxii
moralium Culpas confitentur et
humiles non sunt. Nam multos
inquit ipse novimus qui arguente
nullo peccatores se esse confitentur
cum de culpa sua fuerint correc
ti patrocinium querunt ne peccatores
esse videantur secundum ipsum. Ac ideo
cum ante tribunal omnes mani
festari oportet ut referat unus
quisque pro ut gessit propriam accionem

ij. Cor. v. Et cuncta que fiunt addu-
cet deus in iudicium Eccles ultimo
Omnis ficta attenuacio et aliorum
accusacio et peccatis excusacio debet
rescindi ut possit homo iugum eua-
de dyaboli Alioquin non potendat
principem mundi foras per falsam
penitenciam eiectum qui cor possidet
ibi regnando interneum Tandem
dicto de eiectione principis dyaboli
tangit modum eiciendi dicens Et
ego si exaltatus fuero a terra scilicet
per passionem in cruce omnia traham
ad meipsum qui diceret Anime que te-
nentur a tyranno et principe inferni
nequeunt per seipsos ad me ascende-
re virtute aspersionis sanguinis mei
traheret de tyrannide et reponet-
tur in ouili Omnia vero dicit se trac-
turum scilicet predestinata ad salutem secundum
Augustinum in omelia Vel ut ait aller
ander super Johem Traham omnia
i. de omnibus linguis et de omnibus
etatibus de omnibus gradibus de omnibus
professionibus Hoc autem inquit ewan-
gelista dicebat significans qua
morte esset moriturus qui diceret hanc
exaltacionem dixit passionem in cruce
et modum sue mortis Circa quod
ponitur istud documentum In figura
crucis victoriosa omnis christiana re-
ligio est depicta et in hoc vitalis
ligni caractere tota virtutum spiritualium
perfectio est designata Hoc documentum
est beati Augustini in sermone de laude
crucis Quod sic ostenditur Nam ci-
bus tribus virtutibus fide videlicet
spe simul et caritate omnis lex di-
uina constat atque ex hiis omnium
virtutum multitudo procedit In prima
parte crucis que terre figitur fides
que religionis christiane funda-
mentum est significatur cui fundamento
tota fabrica bone operacionis in-
nititur et ut stare possit omnium vir-
tutum spiritualium machina suste-
tatur dicente apostolo fide statis Per
supremum vero cornu quod ceteris

eminet spes intelligatur qua in-
animus ad capescenda gaudia pro-
uocatur Illo vero signo quod in me-
dio positum hinc porrigitur bra-
chiis latitudo designatur gemine ca-
ritatis Hoc eodem in figura crucis sig-
quatuor virtutum principalium numerus
indubitanter exprimitur e quibus utique
tamquam seminibus seminibus omnium vir-
tutum segetes germinantur. Justicia scilicet
fortitudo prudencia atque tempe-
rancia per supremum etenim cornu quod
celum respicit iusticia figuratur dicen-
te sapiente. Justicia eleuat gentem
Nec dubium quin ad celum Inferior
pars crucis que superiorem sustinet
molem designat fortitudinem que
tamquam et aduersa equanimiter tolle-
rat Dextrum crucis brachium prudencia
exprimit qua inuicta maligni spiritus
iacula tamquam dextre manus ob-
iectione propellimus Per sinistrum vero
cornu temperancia non immerito de-
signatur In sinistra enim manu
minor virtus est ~~...~~ quam in dextra
per temperanciam ergo virtutis nostre
quodam modo robur attingimus dum
sepe rigorem censuramque iusticie
quadam magistre discrecionis ma-
nu retinemus secundum ipsum Exalta-
tum igitur christum in cruce oculo cordis
semper inspiciamus In alto enim ideo
pati voluit ut a terrenis nos ad ce-
lestia subleuaret Inspiciamus vulne-
ra pendentis sanguine morientis
pacem redimentis cicatrices resurgen-
tis pensemus quod caput habet incli-
natum ad osculandum cor apertum ad
diligendum brachia extensa ad am-
plexandum totum corpus ad redimen-
dum contemplemur crucis latitudinem
ut dilatato corde in mandatis christi
decurramus et bonis operibus proxi-
mis lucratibus habundemus In-
tueamur ubi crux erat fixa profun-
dum Ibi enim est omnis spes vite
nostre In eius longitudine ut perse-
ueremus in amore dei usque in fine

delectam[2] sepius crucem xpi aspi-
ce quam crux eius nos deo coniunxit
et dyabolum captiuauit Nosque a
domino dyaboli captiuatis segre-
gauit In hac siquidem mille pen-
dent clipei hinc consurgit omnis ar-
matura fortium hinc cepimus unde
reficimur unde gaudemus unde ad
vitam consurgimus unde salutem
accepimus Verum non sufficit nobis
crucem xpi corporaliter aspicere nisi vere
xpianitatis signum studuerimus
deferre scelerato quippe signum crucis
deferre non prodest sed obest eo quod
seruus sciens voluntatem domini et
non faciens plagis plagabitur mul-
tis Quid enim prodest secundum Augustinum
sermone primo de vita clericorum Si signum
xpi in fronte et in ore portamus
et intus in anima crimina et peccata recon-
dimus Quid prodest si aureum
sigillum facias et putridas paleas
intus recludas Qui enim male cogi-
tat male loquitur male operatur si se
emendare noluerit quando se signat
peccatum eius non minuitur sed auge-
tur Multi enim quando ad furtum
vel adulterium vadunt si pedem in
pinxerint signant se et tamen de ma-
lo opere non se reuocant se et nesci-
unt quia magis includunt secundum
ipsum Itaque utamur signo xpi ad vic-
toriam non ad ignominiam ad gaudi-
um non ad penam Subditur xiiii^tu Re-
spondit ei turba nos audiuimus ex
lege quod xpus non moritur sed manet
in eternum Unde ysaie ix dicitur Mul-
tiplicabitur eius imperium et pacis eius
non erit finis Et daniel vii scribitur
Potestas eius potestas eterna Quo-
modo ergo tu dicis quod oportet
exaltari filium hominis quis est iste
filius hominis quasi dicat filius ho-
minis qui est xpus non debet ex-
altari passione ¶ Ex quo elicitur
istud documentum Immundos et in-
gratos donorum dei cecitas non sinit
videre quod vident non intelligere quod

audiunt De hiis enim scribitur Sapie ii
Excecauit eos malicia eorum Et Jere-
mie xiii dicitur Si potest ethyops mu-
tare pellem suam sic et vos bene facere
cum didicistis male agere Hinc Math
xii dicitur Quomodo potestis bona facere
cum sitis mali Hinc ysaie vi scribitur
Excecati cor huius populi et aures eius
aggraua Excecantur equidem quod
ponunt obstaculum gracie dei Nam
deus quantum est in se vult omnes saluos
fieri Unde sicut non est ex defectu
lucis quod homo qui claudit fenestram
non videat sed ex defectu vel negli-
gencia claudentis Ita non est ex de-
fectu dei quod lumen gracie quisquam non
habeat sed est ex obstaculo peccatoris
lux quippe lucet in tenebris et te-
nebre eam non comprehendunt Et gra-
cia presto est omnibus sed non datur nisi
querentibus eam Tolle quippe dei graciam
qui saluus esse potest tolle et libe-
rum arbitrium non est qui saluetur Unde
Bernardus in libro de gracia et li-
bero arbitrio sic inquit Deus auc-
tor salutis est liberum arbitrium tan-
tum capax est nec dare illam nisi deus
nec capere valet nisi liberum arbitrium
Hec ille Hinc Gregorius xxxi moralium
tractans illud Job per diem incurrit te-
nebras et loquens de cecitate Iu-
deorum que ipsos propter inuidiam et in-
gratitudinem videre que salutis sunt non
sinebat sic ait Persecutores redemp-
toris nostri dum diuine virtutis mira-
cula cernerent et tamen de eius diui-
nitate dubitarent in die tenebras
passi sunt quia visum in luce per-
diderunt Hec ille Quo profecto datur
intelligi illos cecitate premi qui au-
dientes verba veritatis katholice propter
ingratitudinem et inuidiam cum sint in
fide infirmi deterius infirmantur
Et quamuis lucem si grati essent vi-
dere possent maleficiati tamen in-
gratitudine et inuidia quasi in nocte
sic in meridie palpant Sequitur
Dixit ergo eis ihesus Adhuc modi-

dicum lume in vobis est Hec e scie-
cia legis veter in vobis e modica
Nam ex isto lume non intelligitis
integralit legem qndo dixistis Nos
audivimus in lege quia xpus manz
in etnu Non em solu lex dicit xm
debere mane in etnm sz eciam dicit
xpm debe moi scdm id ysaie Ta
qm ovis ad occisiom ductus est
erat igit in eis modicu lume scp
tue qr ex scptura delectant intelli
ge q nullu impedimetu factum
est p passiom et mortez Quia scdm
